



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Clvveri[i] Sicilia Antiqua

Clüver, Philipp

Lvgdvni Batavorvm, 1619

[Sardinia, Et Corsica.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-14145

PHILIPPI CLVVERII
S A R D I N I A ,
E T
C O R S I C A .

Ad Cl. V. AELIVM EVERHARDVM VORSTIVM, medicinæ
doctorem consultissimum, ac professorem in almâ
Lugdunensi ad Rhenum Academiâ primarium.

EInitum mibi erat, V. Cl. opus Sicilie; nec quidquam vel SARDINIA vel CORSICA ad illius descriptionem pertinebant; ut quæ longius
inde dissite. at quia pauca de ipsis veteres adnotarunt Græci pariter
ac Romani scriptores, que singulare volumen confidere nequeant; nec
alii cuiquam provinciæ commodius eæ conjungi posint: haud planè alienum fore putavi,
si ad calcem prescripti operis antiquitates earum adjicerentur. Tibi autem V. Cl. inscribere eas volui, quia tu studia hæc, quorum peritus in primis es, plurimi facere soles:
ac ferè unus mibi, cum Cl. V. Daniele Heinsio, auctor hortatorque fuisti, ne, pertusus
iniquam hoc seculo literatorum sortem, ea abjicerem, quum præmia tam duros tamque
ærumnos labores condigna minus sequi viderem. tum animum erga me meosque tuum
hactenus expertus sum, non tantum amicum ac benevolum, sed verè paternum. Exi-
guo autem hoc commentariolo honoratum te eo; non, quod maiore aliquo scripto nomen
tuum indignum judicem: sed quia diutius grati animi indicium differre nolui. tum ve-
reor adhuc, ne forte, antequam plura elaborem, omnis harum rerum cura deferenda sit.
Tu, quantulumcumque hoc sit, æqui ac boni consulas; meque amare pergas. Vale.

C A P V T . I.

De Sardinia.

SARDINIA INSULA Græcis dicitur Σαρδὼ Σαρδεῖς Sardo; & item Σαρδὼν Σαρ-
dinæ, Sardon. Incole Græcis plerumque Σαρδῶν, Sardōn; & nonnumquām Σαρδῶν
ac Σαρδῶνοι, Sardonis: Romanis verò SAR DI. Nomen id unde originem traxerit,
planè incertum est, quidpe Græcorum fabulas sequi piget. Sic Martianus Capella,
lib. vi: Sardinia à Sardo, filio Herculis appellata. Et Solinus cap. x: Τιχιλ attinet dicere, ut
Sardus Hercule & Norax Mercurio procreati, quum alter ab Libyâ, alter abusque Tartesso Hispania,
in hosce fineis permeassent, à Sardo terræ, à Norace Noræ opido nomen datum. Isidorus, Origin.
lib. XIII cap. vi: Sardus, Hercule procreatus, cum magnâ multitudine à Libyâ profectus, Sardi-
niam occupavit: & ex suo vocabulo insula nomen dedit. Eadem Græcis Σαρδαλίων, SAN-
DALIOTIS, & ίχνησ, ICHNVSA, a figurâ fuit dicta. Stephani epitomator: Ε καλεῖται
ἡ ίχνησ, διὸ ἐνημάτων αὐθόπεια ίχνη. Id est: Vocabatur Ichneus, quia ad similitudinem humano
vestigio. Plinius lib. III cap. VII: Sardiniam Timaeus Sandaliotin adpellavit, ab effigie solee,
50 Myrsilus Ichneusam, à similitudine vestigii. Martianus, dicto loco: Sardinia, à Sardo, filio
Herculis, appellata, habet formam humane plantæ dentis, Sandaliotes [scribe feminino genere,
ut est apud Plinium, Sandaliotis] est adpellata, & Ichneus: quod utrumque vestigii formam
signat. Solinus, dicto cap. x: Sardiniam apud Timaeum Sandalioten [lege Sandaliotin] legi-
mus, Ichneusam apud Chrysippum. Alia exemplaria habent Crispum, sed, quum Plinii epitomator
sit Solinus, omnino Myrsilum legendum censeo. & antiquissimum, qualis &
Timaeus fuit, non novissimum, citare voluisse auctorem Plinium, certum est. Porro
Claudianus, de bello Gildonico: *Humana speciem plantæ sinuosa figurat*

Insula:

Insula; Sardiniam vēteres dixerē colōni.

Silius lib. xii:

*Insula flūctuō circumvallata profundo
Castigatur aquis, compresag, gurgite, terras.
Enormeis cohēbet nuda sub imagine plant.e.
Inde Ichnuſa priuſ Graiis memorata colonis.*

Isidorus, dicto loco: *Hæc in Africō mari, facie vestigii humani in orientem, quām occidentem, latior prominet: fermè paribus lateribus, quæ in meridiem & septentrionem vertunt. ex quo ante commerciorum à navigantibus Græcorum īχy@ adpellata est. Verba vitiata sic corrigenda censeo: ex quo anteā per commercium Græcorum à navigantibus īχy@ adpellata est.* 10 Pausanias in Phocicis: *Ο ρουα ἡ τῆ Σαρδοῖ τὸ δέχαιον ὅ λι μὴν τὸ τῆ θείκων εἴθετο, ἐν αὐτῷ οἱ κατ' ἔμπειρας εἰσπλεύσεις ἤχεσσαν σκάλεσσαν, ὅλη τῷ θηματῷ νησῷ κατ' īχy@ μάλιστα εἰνι αἰθεώπεις.* Id est: *Nomen Sardiniæ priscis temporibus quodnam fuerit apud incolas, compertum non habeo. qui illuc è Græcis commercii causâ adnavigarunt, Ichnuſam, quod formam habeat insula humani vestigij, adpellarunt. Sic scilicet iudicem Græci Siciliam quoque à figurâ vocaverunt Trinacriam; quia in τρεῖς ἄκρες, id est, in tria promontoria excurrebat universa. Projecta autem est Sardinia ab septentrionibus in meridiem versus.* 20 *Mela, lib. ii cap. vii: Sardinia, Africum pelagus attingens, nisi quid in orientem, quām in orientem, angustius spectat, par & quadrata undique, & nusquam non aliquanto spatioſior, quām ubi latissima est Corſica. Idem ferè Isidorus loco proximè dicto: In orientem, quām occidentem, latior prominet: fermè paribus lateribus, quæ in meridiem & septentrionem vertunt.* At quia anguſia & ſinuosa admodum est; quod Claudianus quoque adnotavit; *par & undig, quadrata minimè dici potest.* neque enim quatuor eius lateribus certos aproſque angulos conſtituere poſſis. Laterum tamen ſpacia ita deſcripsit Plinius, dicto lib. iii, cap. vii: *Sardinia ab oriente patet CLXXXVIII millia paſſuum; ab occidente CLXX millia; à meridię LXXXI millia; à septentrione CXXII: circuitu ICLX millia. Singulorum laterum numeri in universum collecti millia conficiunt ICLIII. unde patet, nonnullos eorum eſſe corruptos. & alia exemplaria omnium ſummam habent 13 LXII. Apud Martianum, Plinius in geographicis epitomatorem, ita legitur: *Ab oriente centum octoginta octo millibus patet; ab occidente, centum septuaginta quinque; à meridię ſep- tuaginta a ſep-tem: à ſeptentrione centum viginti quinque millia habet. Summa omnium numerorum est millium ICLXV. De longitudine ac latitudine item de ambitu ita Strabo lib. v: Μῆκος ἡ τῆ Σαρδοῖς Φησὶν ἡ Χωρογέας φερεται μίλια τοῦ, πολάτος ἡ 5η· κατ' αὐλαῖς ἡ πελματος εὐθὺς περιεχεται εὐδίαις. Id est: Longitudinem Sardinie tradit Chorographus paſſuum millia CCXX: latitudinem XCVIII. secundum alios ambitus eius est ſtadiūm quater mille. Id est, millium paſſuum ICL. Aliter Isidorus, dicto loco: Terra patet in longitudine millia CXL; latitudine x l. Et longe aliter item Orosius, lib. i cap. ii: *In longo ſpacium tenet millia paſſuum ducenta triginta, in lato millia CCLXXX. Apertum ac factidum mendum; quo latitudo maior fit longitudine. Pausanias prædicto loco ſic habet: Μῆκος δὲ Πήλιον αὐτοῖς εὐδίαις η ἑκατὸν εἰστιν καὶ λίσις. Οὐραὶ δὲ εἴσοι περιεχονται πεντήκοντα. Hoc est: Longitudo eius est ſtadiūm CICXX; latitudo CCCLXX. Hæc millia conficiunt LVIII paſſus ICCC; illa CXL. Sed ſumma eius longitudo, inter ſeptemtriones & meridiem, à promontorio, cui vulgaris appellatio Capo della Testa, ad promontorium vulgo Capo Tavolaro dictum, millium eſt circiter CLXX: maxima latitudo inter occasum & ortum, à promontorio Capo della Caccia uſque ad promontorium Capo Comino, millium XC. universa circuitus, mensurâ per promontoria & ſinuum fauceis actâ, millia confeceſit ICLX. qui eſt numerus Plini. Magnitudine igitur ſuā Sicilia ferè exequat: cuius ambitus ICL implere millia, lib. i, cap. iii ostendi. Et hinc factum, ut alii Siciliæ eam xquarent; alii etiam præferrent. Herodotus lib. i, de Græciis loquens à Cyro ſubactis: *Κεκακωθέντων τὸν Υάναν, καὶ συλλεγομένων ἐδεινότερον εἰς τὰ Πανιάνιαν, παραδίνεται γνωμὴν βίαιαν αὐθρα Περιλίαν διπολέζας τῶν ζερπιμαλατίων. τῇ εἰ ἐπειροτο, παρεῖχε αἱ σφι. Εἰδα- μονέρη Εὐαλίων μάλιστα ὃς ἐκέλευε τοντῷ τὸν τὸν Υάναν αἰεργέτας πλέον εἰς Σαρδοῖς, Καὶ πέρι τοῦ μιαν καλλίγραφον τὸν τὸν Υάναν. Καὶ τὸν αἰακτηρίας σφίας διλογούντο, νήσον την αἰακτονην με- γίστην νεμοδηγεῖσ, Καὶ ἀρχετέρης ἀλλα. Id est: Ionibus, etiamſi adſlītis, nihil mirū ſeſe ad Pantō- nium recipientibus, audio Biantem Prienensem ſaluberrimum dediſe conſilium: cui ſi obtempe- rarent, licuiffet Græcorum omnium felicifimi vivere. ſiquidem ille ſvadebat, ut communī claſſe ſolventes, Sardiniam peterent; & ibi unam ciuitatem omnium Ionum conſtruerent. hoc enim pacto eos fer-****

eos servitute liberatos, feliciter esse victuros, omnium insularum maximam incolenteis, & categorum imperio potenteis. Et lib. v apud Darium regem ita loquitur Histrius Milesius: Θεῖς ἐπόμνυμι τὰς βασιληῖς, μὴ μὴν ἀεὶ πρὸν ἐκδύουσας τὸν ἔχω κιβῶνα, καθεῖσμαν ἐστίνω, πέρι αὐτοῖς Σαρδῶ, νῆσον τῷ μεγίστῳ, δασμοφέρον ποίησα. Hoc est: *Per regios juro deos, me non prius extirsum hanc cestem, qua induita in Ioniam descendam, quam Sardiniam, insulam maximam, tributariam tibi reddam.* Scylax, εἰ Περιτάθη. Μεγίστη Σαρδῶ, διδύμη Σικελία, τεττή Κρήτη, πέμπτη Εὔβοια, ἑκτή Κύρη, ἑβδόμη Λέσβος. Id est: *Maxima est Sardinia; secunda Sicilia, terția Creta, quarta Cyprus, quinta Eubaea, sexta Corsica, septima Lesbum.* Diodorus, lib. v: εἰ καρδίη δὲ τῆς Κύρης οὖση ἡ περισσαρχεσθεῖη Σαρδῶ, τῷ τῷ μεγίστῃ περιτάθη τῇ Σικελίᾳ. Id est: *Contermina Corsica est insula Sardinia, Siciliam magnitudine ferè adaequans.* Et Pausanias, dicto loco: Ή δὲ Σαρδῶ μεγίστη περιτάθη διαιρούσας ἐστὶ οὕτως ταῦς μάλιστα ἐπικυρώματα. Id est: *Sardinia magnitudine ac felicitate cum iis, que maximè celebrantur, insulis comparanda est.* Polybius lib. i: Ή δὲ Σαρδῶ νῆσος τῷ μεγίστῃ ηγετεῖ τὴν πολυαιθερωπὴν καὶ τοὺς φυγάδας Δασφέρου. Hoc est: *Sardinia insula & magnitudine & frequentia hominum & fructuum proventu prestans.* Marcianus Heracleensis, εἰ Περιηγηστής.

Εὐ τῷ πέριον καίνται ἢ νῆσοι πελάγος
Κύρη τε καὶ Σαρδῶ, μεγίστη Λεσβοῦ
Μέση τῷ Σικελίᾳ νῆσον.

20

Id est:

*In alto jacent pelago insulae
Corsica & Sardinia; haec maxima dicta
Secundum Siciliam insulam.*

Strabo, lib. ii, de insulis interni maris loquens: Νῆσοι δέ εἰσιν ἐν μέρει τῆς περιτάθη τῆς Τυρρηνικῆς πέλαγος μεγίσται τῷ λιγυστικῆς συχναῖ, μέγιστη δὲ Σαρδῶ καὶ Κύρη, μετὰ γε Σικελίαν· αὐτῇ δὲ τῷτον αἴλιον τῶν καὶ ημᾶς ἐστὶ μεγίστη. Hoc est: *Insula eius, in orā quidem Tyrrheni maris ad Liguriam usque sunt frequentes. inter quas Sardinia & Corsica sunt maxime post Sicilianam. hec quidpe reliquarum nostri maris omnitum est maxima.* Diodorus dicto libro posteā: de Gymneciis five Balearibus insulis loquens: Τέταν τῷ η μείζων περιτάθη τοῖς ταῖς ἑπτά νήσοις, Σικελίᾳ, Σαρδῶ, Κύρη, Εύβοια, Κύρων, Λέσβον. Id est: *Harum maior omnis magnitudine excedit, post septem illas insulas, Siciliam, Sardiniam, Cyprum, Cretam, Eubœam, Corsicam, Lesbum.* Constantinus imperator, Thematum imperii oriental. lib. ii, themate Sicilia: Νῆσος ἐστὶ μεγίστη καὶ θηριωδεστη ή Σικελία. * . * . Μεγίστη δὲ αὐτὴ μαρτωληταὶ τῶν ἐπικῶν, καὶ φησιν Αἰλέξιος ὁ καρικός τῶν ἐπικῶν νήσων, αἱ δέδειχεν ἡ Φύσις
Οντοτε μεγίστες, Σικελία μέρη, οἱ λέγοντες,
Εἴ τι μεράλη, καὶ δύσπειρος Σαρδῶ, τετρα
Κύρη, πέμπτη δὲ τὸ Διος Κορητικόφος,
Εὔβοια πέμπτη σενοφύτης, εκτη Κύρης,
Λέσβος δὲ τέλευτη δέδειχεν λαχεστὸς ἔχει.

40

Id est: *Sicilia insula maxima & celeberrima est.* Et posteā: *Maximam autem esse insulam ē septem, Sicilius Comicus testatur his verbis:*

*In septem insulis, quae indicavit natura
Mortalibus maximis, Sicilia, ut fama fertur,
Est magna; secunda ab hac Sardinia; tertia
Corsica; quarta Iovi nutrix Creta;
Quinta Eubœa angusta; sexta Cyprus:
At Lesbus ordinem sortita est septimum.*

De fertilitate Sardiniae supra Polybium atque Pausaniam audivimus. Inde Vale- SARDI-
50 riū Maximus, lib. v i, cap. v i, Siciliam & Sardiniam benignissimam urbis Romanæ nu- NIAE cali-
trices adpellat. Sed de cœli eius solique naturâ ita Silius canit lib. xii: folique natu-
ra.

*Serpentum tellus pura, ac viduata veneno;
Sed triflīs cœlo, ac multâ vijata palude,
Quā videt Italiam, saxoso horrida dorſo,
Exercet scopulis latè freta; pallidaque intus
Arva coquit, nimium Cancro fumanib[us] austris.
Cetera propense Cereris nutrita favore.*

Claudianus,

Claudianus, de Bello Gildonico:

*Humana speciem plantae se magna figurat
Insula, Sardiniam veteres dixerunt coloni.
Dives ager frugum: Panos Italosque petenti
Opportuna situ. quæ pars vicinior Afris,
Plana solo, ratibus clemens: quæ respicit Arcton,
Immitis, scopulosa, procax, subitissime sonora
Fluctibus: Insanos infamat navita monteis.
Hinc hominum pecudumque lues, hinc pestifer aer
Sevit, & exclusis regnant Aquilonibus Austris.
Quos ubi luctatis procul effugere carinis,
Per diversa ruunt sinuose litora terre.*

Pausanias, in Phocicis: τῆς δὲ οἰσταν τὸν περὶ τὴς αρκτίης καὶ ἡπειροῦ τῆς καθεῖται Καλίας, ἐπι
όρη δύσεστα, τὰ περγάτα σωματίοντα ἀδηλοῖσιν καὶ, λαζαριστήν, ναυτοῖς τε ὄρμας παρέχεται κα-
τὰ πόλιν ἡ νῆσος, πολύμαχε τε ἀποκεῖ καὶ ισχυρὰ ἀκέραι τῶν ὄρων καταπίπουνές τῶν Ἰαλασσαν.
ἔτι δὲ καὶ ἀλλα διὰ μέσην ἀντῆς δρόντος χαμαλάτερα. ὁ δὲ ἄγρος ἐπειδὴ θολερός τε εἰς θέσην τούτων
ἔτι καὶ νοσώδης. αἴλιοι δὲ εἰς τε ἀλειφέντες οἱ πηγανύμφοι, καὶ ὁ Νότος οὐδὲ εἰσι οὐδὲ εὔκαιρος.
οἱ αἴεμοι τε εἰς δυστὸν τῆς ἀρκτίης Διός τὸ ὑψηλὸν τῶν ὄρων τῆς Καλίας, καλιόντα πνέοντες θέρες ὥρα την
τε αὔρη την Ταύρην ἐπι τῶν γλυκαύγυχεν. εἰ δὲ τὸν Κύρον ταῦτας Φασιν ἐπλέοντας ἀπὸ τῆς Σαρ-
δοῦς η ἐκτὸν τῇ Ιαλάσσῃ διερχόμενα, ὄρειν τε ὅπου καὶ εἰς ὑψοῦ διὰ πάσης αἰγάλεως. τὸν Ζέ-
Φυρον οὐδὲ καὶ Βορέαν ὃσδε τῆς Κύρου καλιόντα νομίζεσθαι, μη καὶ ἔχει τῆς Σαρδοῦς ἐξικνέσθαι.
Οὐ Φεις δὲ ἔτε οἱ ὅπλοι συμφορῶν τῇ αἰθρώστων, ἐπειδὲ σὺν αἰλαθεροῖς αὐτῶν, ἀδελυκοὶ τρέφεται π-
φύκασιν. πλεῖ δὲ οὐτανῆς μιᾶς καβαρδοῖς καὶ δυοῦ Φαρμακῶν ἡ νῆσος, ἀ ιρχαζεται Ιάνατον.
ἡ πάντα δὲ η ὁλέθρευτος στλίνος ρόδος ἐπι οὐρανοῖς. ποιητας Φασιον δὲ γελῶντος ὅπλινθεδυτα τῶν πλευτῶν
λέγεται. Πή τε φέδε Ουμπρός τε καὶ οἱ ἑτεροί αἰθρωτοί τῷ θέρει ἀδενί οὐγεῖ Σαρδώνιον γέλωσθαι
μαζάντοι. Φύεται δὲ μάλιστα η πάντα Κατανάσ. ἐ μέρει μεταδιδωτοί γε Ε τῷ ὑδατι τοιούτοις. Hoc est:
Ea insula ora, qua ad Aquilonem & Ialac continentem est conversa, in monteis consurgit invios,
extremisque oris contiguos: adnaviganteis vero opportunis accipit stationibus. E proximus
montium jugis prævalidi & incerti ventorum flatus in mare irruunt. Sunt & alii interius mon-
tes, multo faciliores adscensu: sed inter eos plerumque turbidus ac pestilens includitur aer. In
causa est sal, qui ibi cogitur, & prægravus ac violenter incumbens Auster. Obstant præterea
præalti montes, quod minus à Septentrionibus stantes venti cali & terra vaporē aestate anni
tempesitivo frigore leniant. Alii existimant Corsicam insulam, qua à Sardinia mari VIII haud
amplius stadia lato dividitur, excessis se undique montibus attollentem, Faronio & Aquilo-
ni obtendi, quo minus eorum in Sardiniam fluui pervadant. serpentes ceri neque luminum
generi infensi neque venenosū, aut lupi, in eā insulā gigantur. quidpe venenorum omnium
lethaliumque stirpium est expers. una est herba pernīciosa, apio per similius. qui eam comedē-
rint, ridentes emorintur. ex eo Homeus, & alii post eum, Sardonum eum dixerunt risum,
qui in re minimè commodā & mente parum sanā ederetur. Gigantur circa fōnicē maximē. nec
tamen cum ipsis aquis veneni naturam communicat. Et Mela, dicto lib. II cap. V I I:
Ceterām fertili; & soli, quam caltı, melioris: atque, ut facunda, ita penē pestilens. Stra-
bo dicto lib. v: E si δε αὐτῆς τὸ πολὺ μέρος τεραχύ καὶ σῶν εἰρωτῶν, πολὺ δὲ καὶ χώρα
ἔχον οἰδαίμονα τοῖς πάσοις, στρώ δὲ καὶ διαφερόντως. τῇ δὲ δρεπῇ τῶν πίπων αἰλαθεροῖς ήσαν καὶ
μυκητηρία, νοσεῖσα η νῆσος τοῦ θεοῦ, καὶ μαλισταὶ τοῖς οἰδαίμονοι καθεστοῖσι. Hoc est: Ma-
gna pars eius aspera est & male pacata: magna item solum habet omnium rerum copiā beatum;
frumenti vero excellenter ferax. At horis tali soli oppositum est vitium, quodd per astatem in-
sula morbosā est: atque ibi potissimum, uli feracissima est. Hinc illud etiam M. Ciceronis
ad Quintum fratrem, lib. II epist. III: Cura, mi frater, ut valeas. &, quamquam est
biems, tamen Sardiniam istam esse cogites. Et Familiar. lib. V II, epist. XIIII de Ti-
gellio Sardo: Id ego in lucris pono, non ferre hominem pestilentiorēm patriā suā. Sic & So-
linus, dicto cap. XI: Sardinia est quidem absque serpentibus; sed, quod alius locis serpens est,
hoc solifuga Sardis agis. animal peregrinum, simileque aranei formā: solifuga dicta, quod Sol-
lem fugiat. in metallis argenteis plurima est: nam solum id argenti dives est. occultum reputat:
& per imprudentiam supersedentibus pestem facit. Huic incommmodo accedit & herba Sar-
donia; quæ in deslirius fontanis piovent largius justo. ea si edulio fuerit: vescibilis nervos
contrahit, riclu ora diducit: ut, qui mortem appetunt, velut ridentium facie intereant.
Contrā, quidquid aquarum est, varius commodis servit, sagina pisculentissima. liberata più-

10

40

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

50

vie in astivam penuriam reservantur. nam homo Sardus opem plurimam de imbris celo habet. hoc collectaneum reponitur, ut sufficiat nisi, ubi defecerint scaturigines, que ad vi- etum usurpari solent. Fontes sanè calidi & salubres aliquot locis effervescent, qui medelas adferunt, aut solidant ossa fracta, aut abolent à solifugis insertum venenum, aut etiam ocularias dissipant agritudines. Sed qui oculis medentur, & coarguendis valent furibus. nam quisquis sacramento raptum negat, lumina aquis attrectat. ubi perjurium non est, cernit clavius. si perfidia abnuit, detegitur facinus cecitate: & captus oculis admissum tenebris fatetur. Isidorus, dicto lib. xiiii cap. v: In eâ neque serpens gignitur, neque lupus: sed solifuga tan- tū: animal exiguum, hominibus perniciosum. Venenum ibi quoque non nascitur: nisi herba, per scriptores plurimos & poetas memorata; apastro similis: que hominibus riclus contrahit: & quasi ridenteis interimit. Fontes habet Sardinia calidos: infirmis medelam præbenteis, furibus cœcitatem: si, sacramento dato, oculos aquæ eius tetigerint. Hactenus igitur de situ figurâ ac magnitudine, item de naturâ ecclî solique Sardiniae dictum.

De antiquissimis eius cultoribus ita tradit Isidorus, dicto lib. xiiii cap. vi: Sar- dus, Hercule procreatus, cum magnâ multitudine è Libyâ profectus, Sardiniam occupavit; ex suo vocabulo insula nomen dedit. Et Silius, lib. xiiii:

Insula fluctuoso circumvallata profundo
Castigatur aquis, compressaque gurgite terras
Enormeis, cobibet nude sub imagine plantæ.
Inde Ichnusa prius Grais memorata colonis.
Mox Libyci Sardus generoso sanguine fidens
Herculis, ex se se mutavit nomina terræ.
Adfluxere etiam, & sedeis posuere coactas,
Dispersi pelago, post eruta Pergama, Teucri.
Nec parvum decus, advecto cum classe paternâ
Agmine Thessiadum, terris Iolaë dedisti.
Fama est, quum laceris Aetæon flebile membris
Supplicium lueret, spectata in fonte Diana,
Attonitum novitate mali, fugisse parentem
Per freta Aristæum, & Sardois iße recessus.
Cyrenen monstraſſe, ferunt, nova litora matrem.

Solinus, cap. x: Nihil attinet dicere, ut Sardus Hercule & Norax Mercurio procreati, quum alter ab Libyâ, alter ab usque Tartesso Hispanie, in hosce fineis permeassent, à Sardo terre, à Norace opido nomen datum: mox Aristæum, regnando his proximum; in urbe Carali, quam condiderat ipse, coniuncto populo utriusque sanguinis, sejuges iuque ad se genteis ad unum morem conjugasse, imperium ex insolentia nihil aspernatas. sed ut hec, & Iolaum, qui ad id locorum agros ibi insedit, præterea & Iliensis & Locrensis transeam: Sardinia est quidem absque serpentibus, sed, quod alii locis serpens est, hoc solifuga Sardis agris. Paulanias in Phocicis: Πρῶτοι δὲ Δελφῖναι λέγονται ναυτὸν ἐς τὴν Λίβυην ἡρεμάντες τοῖς Λί-
βυσσοῖς οὐδὲ Σάρδῳ, οὐ Μακρηλέῳ, οὐ εὐαλέων δὲ ἐπονομάζεντος τῷ οὐδὲ Λιβύων.
Μακρηλεὶ μὲν δὲ απὸ τῷ Δελφανέστε κόδες ἐνθέντες ἐς τὸ Δελφός· Σάρδῳ δὲ ἡρεμονίᾳ τῷ Σάρδης τῶν Λιβύων, ηὲ τὸ Ιχθύον, ηὲ τὸ Κύριον, ηὲ τὸ Εὔπολον τῷ Σάρδῃ τέττα μετιβαλεν ἐν τῷ Σάρδῳ. οὐ δέ τοι τοὺς γε εὐτοχθονας ἐξεβαλεν ὁ τῶν Λιβύων σόλος. Κώνοις δὲ τῷ Σάρδῃ οἱ ἐπελθόντες αἰάγκη μᾶλιον ἢ τῷ Σάρδῃ οὐδὲ ξέχθουσι. ηὲ τὸ Λίβυον οὐτε τὸ Σάρδης οὐτε τὸ Χίος τὸ εὐχώρεον ηπί-
σαντα ποιήσασι· ποσθδές δὲ ἐν καλύβαις τοις σπηλαιοῖς, οὐδὲ ἔκαστι τύχοιεν, φάνησι. Εἴ τοι δὲ τῷ Σάρδῃ Λίβυας ἀφίκεντο ἐς τῆς Εὐλαδὸς ἐς τὴν Λίβην οἱ μετ' Αἰγαίου. πάρα δὲ λέγουσον Αἰγαίου Αἴγαλον τε εἶναι ηὲ Κυριών. θῆται δὲ τοῦ Αἰγαίου Σάρδης αἱ γῆσιν. Ταῦτη συμφοῖται, ηὲ Βοιωτία τοις πάσῃς τῇ Εὐλαδὶ κατὰ πῦτα αἰχθέματον, εὗταις τὸν Σάρδης μετεπικῆσαι Φαστὸν αὐτὸν. πάλιν δὲ οὐδὲ οἰκιζοντες εὐδαιμόνας εὐτοις, ὅπερ δειμαδές τε καὶ ισχὺος ἐλάσ-
σον τοις, ἐμοὶ δοκεῖν, ηὲ κατὰ πόλεων ήσαν οἰκισμόν. Μετὰ δὲ Αἰγαίου Γέρηρες εἰς τὸν Σάρδων Δια-
βαντας, τῷ Σάρδῃ ηγεμόνι τοῦ σόλεας Νάρακι. ηὲ φιλίη Νάρακος πόλεις τῷ Σάρδῃ αὐτῶν. πάντις περίτις φύνειδαι πάλιν μητρονούσιον ἐν τῇ Λίβη. παῖδα δὲ Ερυθρίας τε, τῆς Γηρυόντος, ηὲ Ερμοῦ λέγουσον εἴναι τὸν Νάρεκα. Τετέρη δὲ μοῖρα ίσλαχος Θεοπιείων τε καὶ ἐκ τῆς Αἰγαίης στρατεία κατῆγεν εἰς Σάρδην. ηὲ Οἰλίας μὲν πάλιν οἰκιζον, ιδίᾳ δὲ Γορύλας οἱ Αἰθωναῖοι, Διαστάζοντες τῶν οἰκισμῶν τῶν οἰκισθέντων τὸ ονοματόν. ηὲ καὶ αὐτὸς Σάρδης μετεπέχειν ὁ Γρύλος. έτι δὲ οὐδὲ καὶ ἐμὲ ἐπιχωρίης αἵλιοι τοις οἰκιζοντες τὸν Τρώων, ηὲ οἱ δοπονομάζεντος μὲν Αἰγαίοις τέτταν μοῖρα, ἀπογεγχθεῖσαν τῷ Σάρδῃ.

άνεμων ἐς Σαρδῶ, αἰγαίους τοῖς παρενοικεστον Εὐλητον. κατεστῶα δὲ εἰς μάχλων τῷ Εὐλευκῷ
καὶ τοῖς Τρωαῖν σκάλυσε σύν· Βαρβάρος· ωδησοφεῖ παρέστη τὰ ἔπειραν ήσαν, καὶ ὁ
Θύρων πολεμός, οὐδὲ μέσος σφίσιέν της χωρεῖ. Πήτιος καὶ ἀμφοτέροις Διαβεβαίνει παρεῖχε δέος.
Τὸν δὲ πόλεις ἐποιεῖ λίθινος οἱ Λίθινοι πεπρωμένοιν τὸν αὐθίς εἰς τὴν νῆσον σέλω μείζονι, καὶ πρόσωπον
τὸ Εὐλευκόν πολέμει. τὸ μὲν δὲ Εὐλευκόν εἰς αἴπειν ἐπιβαλεῖ Φθαρίναι, οὐ διάγονον ἐμέτοντες
τὸ Καστολειόθεν. οἱ τε Τρωαῖς εἰς τὴν νῆσον τὰ ίψηλὰ ἀναφέγγονται. κατελαβόντες δὲ ἑρημάτων τὸν
πολεμόν τε καὶ κορμιόν, ἡλιεῖς μὲν ὄνομα καὶ εἰς ἔχονται· λίθιοι μὲν τοι πολὺ μορφής καὶ τῶν
στόλων τὴν σκολιλίαν εἰς τὴν πάσους θέσην εἰσέπονται. Εἰ δὲ νῆσοι, οὐ πολὺ ἀπέχονται τῆς Σαρ-
δεῖς, Κύρῳ τὸν Εὐλευκόν, τὸν δὲ λιθίνιον τῶν σύσκεπτων καλεόμενη Κορατική. οἱ πάντες μοιρα-
ζοῦσι τὸν Εὐλευκόν, εἴσιν τοῖς πόλεσιν, αἴφικεται εἰς τὴν Σαρδῶν καὶ φύκαν τὸ χωρές διτελεμόδιον τὸν πόλε-
σιν. τὸν μὲν τοι τῶν εἰς τὴν Σαρδῶν τῷ ὄνοματι ὄνοματον τῷ εἰκόθεν Κορατον. Καρχηδόνοις δὲ ὅπε-
ρινικῷ μάλισται οἰχονται, καλεόμενοι μὲν καὶ ἀπονέστε σύν· εἰς τὴν Σαρδῶν, τολεῖ τῶν ἡλιεών τε
καὶ Κόρσων. τάποις δὲ μὲν εἰς διδεῖσαν τοῖς εἰχούροις ἥρεσται τῶν ἔρων. φύκαισι δὲ εἰς τὴν νῆσον
καὶ αὐτοὶ πόλεις οἱ Καρχηδόνοις, καρέζειν τὴν Σύλχαν. Σὲ δὲ Μητικελεύ τῶν Καρχηδόνων Λι-
θινες η Ἱσηρες εἰς ἀμφισβήτησιν λαφύρων αἴφινόδρομοι, καὶ ὡς εἰχον ὄρην, αἴφιεστες, εἰσφίκοντο
εἰς τὸ ίψηλα καὶ οὐτοὶ τὸ νῆσον. Βαλαροι πόνομα εἰσιν αὐτοῖς καθεγλώσσαι τὸν Κύριαν. Βαλα-
ροὶ δὲ τὸν Κύριον Φυγάδας καλέστιν οἱ Κύριοι. Γένη μὲν τοσαῦτα τῶν Σαρδῶν καὶ ἐφοκοτρόματα ἔτωνε-
μετα. Hoc est: *Primi in Sardiniam transmigrasse navibus dicuntur Afri, duce Sardo, filio Maceridis; cui apud Aegyptios & Afros Herculis cognomen fuit. Huic Maceriti nihil illustrius ad memoriam contigit, quam quid aliquando Delphos venit. Sardus vero coloniam Afrorum in Ichnusam deducendam suscepit. unde, mutato priore vocabulo, de eius nomine insula appellata est. Non tamen indigenas ejecit ea Afrorum manus: sed in habitationis societatem receperit ab illis sunt novi adveni: idque necessitate magis, quam ob benevolentiam. Vrbes certe non plus Afri tunc, quam indigena populus, norant condere. dispersi in tuguriis & speluncis, ut sua cuiusque fors tulerat, ita habitabant. Aliquot annis post Afros ē Gracia in eamdem insulam adpulere, qui Aristei ductum & auspicia sequenti furcavit. Apollinis hunc & Cyrenes fuisse filium tradunt. eumque, ob Acteonis casum acri adfectum dolore, ac Baotie jam & Gracia toti infensum, in Sardiniam migrasse. Verum neque haec manus opidum ullum munivit; quid erat numero ac cibis minor, quam quantum satis esset ad novam urbem confisuendam. Post Aris-
taeum Hispani transmiserunt in eamdem Sardiniam, duce Norace. à quibus urbs Nora condita
fuit. hanc primam in insulā fuisse urbem, norunt. Noracem Mercurii fuisse filium dicunt, ex Erythea, Geryonis filia. Quarta advenarum manus Iolao duce in Sardiniam venit, ē Thessapiensis-
bus & Atticā terrā. hi Olbiā condiderunt. privatim vero Athenieses Goryllen; vel ser-
vato alicuius de Atticis tribubus nomine; vel, quid unus de classiis ductoribus Gryllus fue-
rit. Atque hac etiam meā etate in Sardinia loca manent, qua Iolaiā vocantur; ab eorumque
incolis honores Iolao habentur. Post Ilium eversum, ē Troianis cum aliis profugerunt, tūnū ii,
qui cum Aeneā incolumes evaserunt. horum pars, acti tempestatisbus in Sardiniam, Graci, qui ante inibi confederant, permisisti sunt. Quo minus vero cum Troianis atque Graci Barbari bello configerent, primum vetuit, quid belli adparatu neutra pars alteri cedebat; tūnū
Thrysus amnis, medianam interfluenis insulam, utramque aciem, transmittere metuerent, co- 40
ērebat. Multiis post annis Afri iterum maiori classe in Sardiniam adpulsi, Gracosque bello
adorti, omneis ad internecionem exciderunt; aut certe quampaucissimos reliquos fecerū. At Troiani, quum in montanam insula regionem confugissent; ibique se rupium confratili-
bus & valli jacti munitionibus tutati essent, Iliensem nomen adhuc retinent; facie illi quidem
& armaturā totaque victusratione Afri persimiles. Ceterū non longe ab Sardinia distat insula, à Graciis Cyros, Corsica ab incolis, huc ex Africā transgressis, nominata. ex hac non par-
va utique manus, seditione pulsi, in Sardiniam transiūre; montibusque occupatis, seorsim
has parteis incoluerunt. qui vocabulo domo adlato à Sardis Corsi adpellantur. At Carthaginenses, quum essent rebus maritimis præpollentes, omneis ē Sardinia, prater Iliensem & Corsos,
ejecerunt. nam illos quo minus potuerint in potestatem redigere, prærupti ac muniti montes 50
obstiterunt. Considerunt tunc in eā insulā & Carthaginenses urbeis, Caralin & Sulchos. Ortā
autem super prædā dissensione, Afri & Hispani, irā accensi, quum à Carthaginensibus de-
fecissent; & ipsi, montium jugis occupatis, seorsum confederunt. eos patriā suā lingvā Bal-
eros Corsi adpellarunt: quid eodem vocabulo exsules vocant. Atque haec quidem gentes, in eas,
quas diximus, divisi se deis, Sardiniam incolunt. Diodorus lib. v: Εὔχορδη οὖτε τῆς
Κύρου νῆσος εἰτι η περισσοτερούμενη Σαρδῶ, τῷ μὲν μερέσθι τοῦ παλήσιον τῇ Σικελίᾳ, κα-
τοικουμένη δὲ ταῦτα Βαρβάρων, τῶν ὄνοματομένων Ιολαίων, οὓς νομίζουσιν διπέροντες εἶναι τῶν μετ-
τοιλάς*

Ι' ολάς καὶ τῶν Θεσπιαδῶν, ὅτι τὸν πόλει τὸν δὲ τὸν καποκηφάντον. Καὶ γὰρ τὸς ξερόνες, τὸν οἰς
Ηγεκλῆς τές Διεβεβοηδίνες ἀθλεῖς ἐπέλει, πομάδαν ὄντων αὐτῷ πολλῶν σὺν τῷ Θεατίδι θυγατέ-
ρων, τάττες Ηγεκλῆς κατέλινα χρησμὸν ἔξαπειτεν εἰς Σαρδᾶ, οὐ μετ' αὐτῶν διώματι ἀξιόλο-
γων Εὐλύνων τὸν Βαρβάρων ὅτι τὸν δυτικὸν. τούτης δὲ περιεπικινοῦσα Γόλας, οὐ ἀδελφίδες Η-
ρακλίες, κατέλαβορθρόν φυκισσεν σὺν αὐτῇ πλεις ἀξιόλογοις, οὐ πών χωραῖς κατέληρεχότες, τοὺς
μὲν λιδές αὐτοῖς ἔστιν περιεπιζέοσι τὸν Γόλαντον. κατέπονθεν τὸν γυμνάσια Εἴναι ναός, οὐ πάντα
πάντα τὸν περιεπιζέοντα Βίον αὐθρωπὸν θεαμάτων παρατίματος, οὐ μέχει τάῦτα τῶν παιρῶν Διερμίδει. τὸ
μὲν γὰρ καλλιτεποδία, τὸν περιεπιζέοντα απ' ἑκίνειαν λαβόντα, Γόλαντα καλεῖται· τὸ δὲ πᾶνθός
μέχει τὸν νιᾶν Φυλάσσει πλὴν δυτικὸν χρηστρὸν πεντέχοντος.
 10 ἐπ τοῖς τῆς δυτικίας παύτης νοιωθοῦσι Διερμίδεις τὰ τῆς ἐλασθερίας ἀποτέλεσταν αἰώνα, Κωνίβη
τὸν χρηστὸν περιεπιζέοντας μέχει, πόνινδινας μέχει, τὸν νιῦν αὐτονομίαν τῆς ἰγκαρούς αὐτούς τον Φυλάξαν. Καρχη-
δόνιοι τὸν γάρ θῆται σπλένοις ισχυρωτες, οὐ τῆς τοῦ περιπτώσεως, τὸν ἡδιωθησαν τῆς περικατερχόν-
τες τὸν νῆσον κατέδελασσοδειρούς· αὐτοὶ οἱ μὲν Ιολαῖοι κατέφυγον τοῖς τῶν ὁρείων, οὐτοὶ κατέγειτος οἰ-
κηδοὺς κατέσκυψαντος, ἔτεροι φυλαῖς αὐγέλαις Βοσκηματῶν· ὃν περιχομέδιαν δαψίλεις τεοφαῖς
ηράντο περιεφερέμενοι γάλα καὶ τορὸν καὶ κρέα· οὐτοὶ τῆς μὲν πεδιάδος τῆς ἐκχωρησίας, τὸν τῆς
ηρασίας κακοπάθειαν ἐξελιπαν· τὸ δὲ ορεῖναν νεμόριδοι, Εἴναι ἔχοντες αὔτορεν κακοπάθειαν, τὸ περι-
επιηρόμενος περιφαῖς διεπέλευσιν καρυμδεῖοι. τὸ δὲ Καρχηδόνιαν πολλαῖς ἀξιόλογῳ διώματι πρατελούν-
των ἐντὸς, Διερμίδεις δυσκαλοῖς Εἴναι τοῖς πατέρεσιν δυστερπέλευσι, ἔμεναν αὐγέλατοι. τὸ δὲ πε-
ριλατένον, Εἴναι περιεπιζέονταν, Εἴναι πολλάκις ἐπ' αὐτὸς πρατελούντων, Διερμίδεις τὰς αἰώνας αχέ-
 20 γωνιαὶ πλειαὶ διώματι διέμενεν. Οὐ μὲν ἀλλακτὸς τῆς δεκατίας χρήνεις Γόλας μὲν συγκατασκεύα-
σους τὴν κατὰ τὸν δυτικὸν πόλειαν, ιππαῖς λιβενοῖς τὸν Εὐλάδα. οἱ δὲ Θεσπιαδαὶ τὴν δύτην περιεπιζέοντες Πήλι τη-
λαῖς γηράτες, τὸ πλεύτηνον ἐξεπεσον εἰς τὸν ιππίαν, ηγαπώντων τὸν καπάν Κύμεων πόλεις. τὸ δὲ ἄλλο
περιεπιζέοντα Βαρβαρούς, περισπορόδον εἰς τὸν ηγκαρέων τῆς αρέτες ηγεμονεῖς, διεφύλαξε τὸν
ἐλασθερίαν μέχει τῶν καθ' ημέτερον. Hoc est: Propinqua Corsica est Sardinia insula, Si-
cilianam magnitudine fermè exæquans. Incolitur à barbaris, quos Iolaeos nominant: oriundis, ut
putant, ab illis, qui cum Iolao & Thesspiadis substiterunt; quod bi aliis eitis incolas numero vi-
cissent. nam quo tempore celebrata illa Hercules peragebat certamina, quum plurimos ex Thesspiis
filiabus liberos genuisset, oraculi montu in Sardiniam cum numerosâ Grecorum & Barbaro-
rum manu ad novas capiendum sedes illos emisi. Horum princeps Iolaeus, Herculis ex fratre
 30 nepos, insulam occupavit, & præclaras in eâ urbeis condidit; agrisque sorte divisis, Iolaeos ab
se gentem nuncupavit. gymna præterea, deumque templū, & alia cuncta monumenta, que
felicitatem hominum illorum indicant, in eâ construxit: que ad hanc quoque tempestatem per-
durant. amoenissimi quidē campi ipsius nomine Iolæti vocantur. sed & populus nomen suum
ab Iolao deductum adhuc conservat. In oraculo de coloniâ etiam hoc continebatur; Quicun-
que sua in eam nomina dedissent, his libertatem per omne evum sartam rectamque fore.
Inconvenit itaque jurisdictionem ad hoc usque tempus veritas oraculi illis conservavit. Car-
thaginenses enim, quamvis in summo potentia sua vigore insulam hanc occupaverint; pri-
scos tamen eius possessores ad servitutem redigere nequiviterunt. namque Iolæti ad montana con-
fugerunt: & habitaculis subterrâ struci, multos pecorum greges aluvie. hinc larga viellus
 40 copia, lacris caseisque & carnium esu contentis, suppeditabat. Itaque, dum campestribus excessere,
simil agricultura etiam molestias declinarunt; vitamque in montibus extra laborum
arumnas, tenuis, quem diximus ciborum adparatu tolerare pergit. Ac tametsi Carthaginenses
magnis sèpè copiis in eos moverint: locorum tamen difficultas & inexplicabiles speciem fabri-
caneorum meatus à servitute tutos bosco præstiteré. Tandem quim etiam Romani, rerum po-
tentates, sepius Marte illos tentarent; nullâ tamen vi bellicâ, ob easdem causas, fabigere potue-
runt. Verum, ut ad prisca revertamur; Iolaeus, effectis colonia negotiis, in Graeciam regressus
est. Thesspiade, quim per multas etates insula præfissent; in Italiam tandem expulsi, fini-
timum Cumis agrum infederant. Reliquum interim vulgus, ad barbariem redactum, indige-
narum optimos quoque reipublice præficiens, libertatem ad nostram usque statem tuerit.
 50 Strabo lib.v: τῇ δὲ δεσμῇ τῶν τόπων αἰνιδοστερῶν Εἴναι μοχθηρέα, νοσεῖται ηγετοῦ Εἴδησε, οὐτοὶ
μάλιστα τοῖς θυμαρπάσοι χωροῖς τὸ δὲ αὖτα περιθεταὶ Σινεχαῖς τὸν ὁρεῖον, οὐ κατέβν-
τη διατῆροις, Γόλαῖοι περιπορῶν ηγομένοι. Λέγεται γὰρ Γόλας, ἀγαντινὰς τῶν πειδῶν Εἴ-
δης ηγεκλένες, ἐλθεῖν δεότο, οὐ Σινεχαῖοι τοῖς τῶν ηγετοῦ Βαρβαροῖς. Τυρρανὸς δὲ ηγετοῦ.
οὐ πειρούσις κατεπερχούσαν οἱ εἰς Καρχηδόνας· οὐ μετὰ τέτων Ρωμαῖος επελέμενοι. κατέλυθετον δὲ
ηγετούσις, πάθος τὸν Ρωμαῖος ηγετοῦ. Id est: Bonitati soli oppositum est vitium, quod per
etiam insulâ morbosā est: ibi præcipue, ubi feraciissima est: tum eadem hæc loca continenter
populantur montani, qui Diagebrenses vocantur, olim Iolætenses dicti. fertur enim Iolaeus

cō adduxisse quosdam filiorum Herculis; & inter Barbaros, qui erant Etrusci, eius insulae cōt-
tores, habitaſſe. Postea Pæni ex Carthaginē insulam obtinuerunt: adiutique ab incolis, bel-
lum contra Romanos gesserunt. Illis autem perdomiti, omnia in potestatē Romanorum ve-
nerunt. Mela lib. II, cap. vii: In eā antiquissimi populorum sunt Ilienses. Plinius, lib.
III, cap. vii: Celeberrimi in eā populorum, Ilienses, Balari, Corsi. Strabo, ibidem: Τέρ-
εραί δι' ιστὸν τῶν ὄρεών ἔνθη. Ταρατοί, Σωσινάται, Βαλαροί, Αἰγύπτις, ἐν σημαντικοῖς οἰκεῖσιν, εἰ
καὶ ἵνες γύλον ἔχουσι αὐτούς μονον, καὶ ταῦτα θημελᾶς στρεψόντες, ἀλλὰ τὰς τῶν ἥρων οἱράσσουσιν
καθαρίζοντες, τέτοιοι δὲ τῶν αὐτούς, τέτοιοι δὲ θημελέες τοῖς ἐν τῇ περιαίᾳ, Πιούταις μάλισται. οἱ δὲ
πειρυδροὶ σεργητοὶ τὰιδὲ αὐτούς καὶ τοὺς αἴτιαν διπλῶν, επειδὲ μὴ λυστεῖται τέρεφαι Κινε-
χώς εἰ τοῖς νοσεροῖς σεργητοῖς. Λειποντα δὲ, σεργηταῖς τίχναις, ίνδις· καὶ δὲ πηγαίνουσιν εἴδο-
π τῶν Βαρβάρων. παντοχείλιστον γέροντα τολεις ημέρας δύο τῆς λεπτασίας θλιβετην τόπον, καὶ
χειρῶντα πολλάς. Hoc est: Quatuor sunt montana gentes; Tarates, Soffinates, Balari, Aco-
nites; in specubus degentes; & quamquam agrum habent sementi aptum, tamen negligenter eum colunt; & aliorum opera diripiunt; partim in ipsā insulā; partim navibus in op-
positā continentē Pisano maximē infestantes. Romanorum autem duces, qui eō mittuntur,
alias eos prohibent, alias negligunt: quandoquidem non videtur ex usu esse, exercitū perpe-
tuū in locis morbosis aliore. restat ergo tum per calliditatem rei gerande locus. observant quid-
pe id tempus, quo Barbari de more post prædam coactam aliquot dies festos ducunt: ac tum per
insidias eos adorti, multos in potestatē redigunt. Haec tenus variorum auctōrum de
prīscis Sardinia incolis attulimus narrationes, in quibus nonnullæ inter se dis-
crepant: aliae etiam minis probabiles videntur. Primum Pausanias fatetur se ne-
scire, quodnam ab initio nomen habuerit insula apud primos indigenas. postea
Græcos, κατ' ιμπεριανὸν εἰπλέοντας, id est, qui negotiandi causā in eam navigarunt, ad-
pellasse Ichnuſam, ipse unā cum antiquiore auctōre Silio tradit. post hos Sardum
ei dedisse Sardinia nomen. hinc ē Bœtiā cum Aristæo Græcos invectos esse
colonos: mox ex Hispaniā cum Norace Hispanos: tum Thespenses cum Iolao:
ac tandem Troianorū five Iliensium nonnullos, post excisam Troiam. Iam igit-
tur velim scire, quinam illi fuerint Græci, qui tanto temporū intervallō ante
Troianum bellum in hanc insulam mercimonii causa navigarunt. nam in Siciliā,
Græcia multo propinquiore, annis tandem CCCXLVIII post Troiam, 39
captam primos trajecisse Græcos, in Siciliā descriptione lib. I, cap. II ostensum
est. Quis igitur temerè cedererit, Græcos, neglectā Siciliā, insulā longè præstan-
tiore, sibique multo propinquiore, voluisse Sardiniam petere? Item, quomodo Sar-
dus primum insulæ nomen Ichnuſa mutavit in Sardinia vocabulum; quando illud
insulæ non fuit proprium; sed tantum à Græcis mercatoribus inter Græcos usur-
patum? ut Trinacriæ nomen in Siciliā. Hanc igitur Sili Pausaniæque sententiam,
ut planè absurdam atque ridiculam, meritò quis damnaverit. Ex Africā primos
post terrarum inundationem immigrasse cultores, duce quadam Sardo, à quo in-
sulæ pariter atque incolis nomen impositum, haud cōquidem negaverim: quando
Africa ei omnium continentium est proxima. A ductoribus autem in dispersione 40
gentium & ipsas simul gentes simulque terras, quas occupabant, accepisse nomina,
ipsos vero ductores alius dei alios postea habitos fuisse filios; quum cuncta illa deo-
tum varia nomina atque numina ad unum verum æternumque Deum, rerum omnium
juxtā & primi hominis Adami conditorem, pertinerent; in Germaniā antiquā
docui. Ab eiusmodi igitur aliquo ductore Sardo SARDINIA primum in gentium
dispersione occupata appellataque esse potuit: incolæ vero ipsi SARDI. Strabo
unde solus inter omnes reliquos auctōres in eamderī, jam ante Herculis & Iolai
tempora, deduxerit Tyrrhenos five Etruscos, nemo facile dixerit. HISPANORVM
quosdam post Sardos ante bellum Troianum duce Norace immigrasse, præfaret
abnuere nolim. De iis Græcis vero, quos vel Aristæus vel Iolaus duxisse dicun-
tur, planè fabulosum & per vulgarem illam Græcorum vanitatem, ut innumerā
alia, maximē vero de Hercule, confictum judico. nulla quidpe his erat ratio,
cur potius in Sardiniam, quam in Siciliā, sedeis conferrent, insulam longè præ-
stantiorem, occupatique faciliorem. Atque circa Iolaeos, five Ilienses, non
tantum inter se pugnant præscripti auctōres, sed etiam secum ipsi. quidpe diser-
tè illis adscribunt Diodorus atque Strabo, quæ Iliensisbus Pausanias. Rursum,
heic ait, suā adhuc atate loca quædam adpellata fuisse Iolaiā; quorum incolæ

Jelgava:

Iolaum, conditorem auctoremque gentis suæ, venerati sint. Diodorus vero tradit, amoenissimos insulae campos vocatos Iolaeos; ipsos vero Iolai posteros Iolaeos in montanis, quod se jam inde à Carthaginiensibus pulsii receperant, suâ tempestate habitasse: cui adseritur Strabo. Scire igitur ego pervelim, quomodo in dictis campis Iolaenibus cultus fuerit Iolaus à Iolaenium pulsoribus, quum ipsi Iolaenses incolerent montana? Ceterè, quum ab heroë aliquo pars Sardorum nomen quoddam peculiare accepisset; Graci id postea, ut sèpè alibi factum, in Iolai, Graci aë noti sibi heroës, Iolaeniumque nomen detorsisse videntur. alii vero in Iliensem vocabulum; quos Plinius Pausaniasque ac Silius sequuti sunt; & item Livius, lib. XLII.

10 quorum tamen heic nullos prorsus agnoverunt gravissimi alias scriptores Diodorus atque Strabo. Quin hic, Diodori sub Augusto Cæsare æqualis, & Melæ, Plinio Pausaniamque prior, non Iolaensis, sive Iolaos, seu Iolai, neque Iliensis, suâ ætate appellatos fuisse tradit; sed Diagebrenseū; nomine longè ab illo diverso atque alieno. unde haud levis oritur suspicio, confitam esse omnem illam de Iolai posteris fabulam. Huc accedit, quod Pausanias suos Ilienseis tradit esse Albov̄ ταὶ μερφὰς καὶ τῶν ὄστεων τὸν οὐδὲν καὶ εἰς τὸν πόνον δικαῖας ἴσωνται. id est: facies armaturā, totaque virtus ratione Afris persimiles. Iam vero illa quomodo satis inter se congruant, haud video, ubi idem Pausanias ait Carthaginienseis, quum primùm in insulam trajeclent, omnes inde ejecisse, præter Ilienseis & Corsos; qui 20 in montium aspera atque prærupta fere seceperant: nihil minus tamen continuo post ait Afros atque Hispanos, priscos scilicet insulae cultores, à Carthaginiensibus deficienteis, itidem in montana se receperisse; ibique à Corsis appellatos fuisse Balaros. Hæc, inquam, quomodo inter se convenient, ipse viderit. Phœnices paulo ante bellum Troianum colonias suas misisse in Hispaniam, Africam, Siciliam, Sardiniam, & Melitam, in Sicilia descriptione lib. I, cap. II ostendit. unde Diodori locum, qui est lib. V, heic repertiisse ne pigeat. De argenti metallis in Pyrenæis montibus loquens, τῆς δὲ τέττας χειρίας, inquit, ἀγνοεῖντις ποτε τοῖς εγχωρίοις, τοῦ φεινάς Φασι, εμπειρίας χειρόδους, καὶ τὸ γεγονός μαθούσας, αγοραῖσιν τὸν ἀρρεπον μηχανής λαθοῦσιν. αἰτίωντος δὲ τοῦ φεινάς μεταχωρίζουσας τοῖς τοῦ Ελλάδα καὶ τοῦ Αἰγαίου νησίσια πάντα εἴην, μεχάλευς πειραιῶντας ταλαττας. Στηνοῦτο δὲ τοῖς εμποροῖς Διατάναι τῷ Φιλοκερδοῖ, οἷς π. ιπειδάν, κατεχόμενον τῶν ταλαιών, περιήδην τοὺς ἀρρεπούς, σποντεῖς τὸν τοῦ τοῦ αγνοεῖσι μόλιθον, καὶ ἐκ τοῦ δερμάτος τοῦ ἐκ τοῦ μολιθοῦ χειρίας ἀλλασσόμενα. διόπερ οὗτοι πολεῖς χειρούς οἱ φεινάς. Μὴ τῆς τοιάντης εμπορίους οἵτινα λαβόντες χρέοντον, δοτούσις πολεῖς απειλαν, τοῖς μηροῖς Σικελίᾳ καὶ τοῖς Κιλικίῃς πάντη νήσοις, ταῖς δὲ εἰς τὸν Διβύλων καὶ τὸν Σαρδονα καὶ τὸν Ιβριζαν. Hoc est: Eius usus quum incomperitis esset incolis: Phœnicias autem mercatores, re cognita, exigue permutatione mercis illud redemisse; eiusque in Greciam & Asiam cunctaque gentes alias transportatione magnas sibi comparasse opes: atque eo questus studio proiectos; ut, quum, refertis navibus, multum adhuc argenti superesset, plumbō in ancoris exciso, argento eius usum 40 explorarent. Ex hac igitur negotiatione per multum temporis opulentiores facti Phœnices, multis post annis colonias non paucas in Siciliam & vicinas ei insulas, in Africam item & Sardiniam Hispaniamque miserunt.

Græci postmodum aliquam deduxisse videntur in Sardiniam coloniam, vel sub idem cum Siciliâ tempus, vel paulo post. hinc quidpe illæ de Aristæo ac Iolao fabulæ natæ: hinc item illa γυμνασία καὶ γέρανος. ē νηδα πάντα τὰ περιβοιον αἰθρῶν διδασκοντα γυμνασία, id est, gymnasia & deorum templa, ac omnia reliqua monumenta, que felicitatem illorum hominum indicant: quæ suâ adhuc ætate superfluisse testatur Diodorus. & LOCRENSE斯 nescio quos aut unde hoc deduxerunt alii auctores; quos Solinus sequutus. Hos quando Carthaginenses iterum expulerint, nusquam adnotatum reperio: nisi quod, post Troianum bellum id factum, ē Pausaniam colligere licet. Apud lusitum lib. xviii, ubi de Carthaginé agitur, hac scripta sunt:

Constituta est urbs hec LXXII annis ante, quam Roma, cuius virtus sicut bello clara fuit, et ad modum status variis discordiarum casibus agitatus est. Et exiguo post: Quum in Siciliâ diu feliciter dimicassent, translato in Sardiniam bello, amissâ maiore exercitus parte, gravi prælio vieti sunt. propter quod ducem suum Mazem, cuius auspiciis & Sicilia partem domuerant, & adversus Afros magnas res gesserant, cum parte exercitus, qua superfuerat, exsultare jussérunt, quam rem agre ferentes milites, * * *, consensis navibus, armati

ad urbem veniunt. Mox: Prohibitis commeatibus, obfæque urbe, in summam desperatio-
nem Carthaginensis adduxerunt. Tandem: Post paucos deinde dies Carthaginem [Mazeus]
capit. evocatoque populo ad concionem, exsiliit injuriam queritur; belli necessitatem excusat.
contentumque victoria suâ, puniti auctoribus misericorum civium, injuriis exsiliit omnibus se-
veniam dare, dicit. Atque ita x senatoribus interfectis, urbem legibus suis reddidit. Nec
multo post ipse adfectati regni accusatus, duplicit, & in filio & in patriâ, parricidii penas de-
dit. Huic Mago imperator succedit. cuius industria & opes Carthaginensium & imperit fines
& bellicæ glorie laudes creverunt. Eiusdem historiae epitomen recensens Paulus Orosius,
lib. I I I cap. vi, ita concludit: Post paucos dies urbem ipsam cepit. Qui, quum,
interfectis plurimis senatoribus, cruentè dominaretur, occisus est. Hec temporibus Cyri, re-
gis Persarum, gesta sunt. Cyrus, ut unanimo testantur omnes consensu Chrono-
logi, regnum Periarum adeptus est Olympiadis L V anno primo; id est, ante na-
tum cœli terrarumque Dominum anno I C L X ; annis C L X X I I I post quām
primi in Siciliam transmigraverunt Græci. regnavitque annos x x x . Cæterū
apud Diodorum lib. x i i i hæc leguntur: Αθηναῖς μὲν ἡρῷον Σιλετῆς Καρχηδόνος ἐθε-
δῶς ἔντες ἡ τῆς περὶ Συρακύσους συμφορᾶς αἰναλαβόντες, ἔγνωσιν αἵτιον τῶν καὶ Σικελίας
πειραγμάτων. καρύανθες δὲ Διαγωνίζονται, ναυὸν μὲν μακράτην διέγενον, διώσαντας δὲ Σικελία-
ζον δέ τοι Λιβύης εὶς Σαρδοὺς, ἐπὶ δὲ τῶν εἰς Πατλίας Βαρβάρων. Id est: Summus Athenis præ-
tor quum esset Philocles, Carthaginensis, sero tandem à clade Syracusanâ viribus recollectis,
cum paucis quidem longis navibus trajecerunt; sed copias ex Africâ & Sardinâ contraxe-
rant; Barbaris preterea ex Italâ adjunctis. Summus Athenis prætor fuit Philocles
iste anno primo Olympiadis xcvii; ante natum Christum cccxcii. quo tem-
pore iterum sub Carthaginem ditione fuisse videtur Sardinia. nam lib. x v
Diodorus in magistratu Niconis, qui fuit x i i i annis post, ita scribit: Καρχηδόνιοι,
στρατοπολεῖς εἰς τὴν Πατλίαν, τῆς μὲν Παναθηναϊκής ἐπιπλανάντων, ἐν τῇ πατεράδε διπλαπο-
λεῖς τὴν πόλιν, καὶ πάντας σὺν τῷ φέρετος Κωνσταντίνου, πολλὰ Πατμέλειαν αὐτῶν ἐπίσησαν.
μετὰ δὲ ταῦτα λοιμωκῆς νόσου τοῖς κατοικεῖσι τὴν Καρχηδόνα φρονδήσαν, οὐ τούτῳ πολλὰ Πάταν
ἐχόσις, πολλοὶ τῶν Καρχηδονίων διεθάρησαν, οὐ τούτῳ ιχνονιαν ἐκνοιδώσαν διποβαλεῖν. οἱ τοιοῦτοι
Λίβυες κατέφροντος αὐτῶν, αἴτησαν, οἱ τοιοῦτοι Σαρδοῖς καπικῆτες, νερίσουται ἔχειν καιρὸν
κατὰ τῶν Καρχηδονίων, αἴτησαν αὖτε αὐτῶν, καὶ συμφρονησαντες ἐπιτέντο τοῖς Καρχηδονίοις. Εὑθὺ-
το δὲ τοῖς τοιοῦτοι καιρὸν θέσπερπλεῖς τοιούτοις πατέραις κατὰ τὴν Καρχηδόνα. ταεχταὶ γαρ καὶ Φόβοι
Επινιοὶ θόρυβοι Κωνσταντίνου εἶνοντο κατὰ τὴν πόλιν τοιούτοις. ηγετοὶ πολλοὶ μετα τῶν οὐταλῶν ἔξ-
τιδων εἰς τῶν οἰκιῶν, οἱ πλεινοὶ εἰσπειραντων εἰς τὴν πόλιν, καὶ τοῖς αἰλίλασι οἱ πλεινοὶ Δι-
πλεμντοι, οἱ μὲν αἴρονται, οὓς δὲ ἐπαγνυμάζουν. πελοὶ δὲ θύσαις τῷ θεῷ εἰδιλαστρούνται, οὐδὲ
μετατρεπόνται κακῶν αἰπαλαγήσαντες. Ταχὺ καὶ σὺν Λίβυσι κατεπλέμησαν, καὶ τοὺς νῦν αἴτησαν.
Hoc est: Carthaginenses, cum exercitu in Italiam transgressi, Hipponiensibus urbem suam,
unde excussi fuerant, restituerunt. omnes preterea exsules, undecimque ad se se congregatos, si-
gulari studio excipiunt, atque fovent. Accidit verò aliquanto post, ut pestilentia Carthaginem
invaderet. que quum identidem magis magis, ingravesceret, magna Carthaginem strages
facta est: adeò quidem, ut periculum esset, ne imperium amitterent. namq. Afri præ contemtu il-
lorum deficiunt: & Sardi, jam opportunam sibi datum occasionem rati, excussis imperii habentis,
conspirant, ac vim Carthaginensibus inferunt. Quin & calamitas, à diis immissa, Carthagini
imcubuit. perturbationes enim ac terrores tumultusque Panici ex improviso urbem corripue-
runt, & plurimi armis correpti, ac si hostes urbem invassissent, ex edibus procuraverunt: & in-
ter se veluti cum hoste congressi, altos interemerunt, altos fanciarunt. Ad postremum rumine
sacrificis placato, gravissimis exemit malis, statim & Afros debellarunt, & insulam ditioni sue
iterum subjecerunt. Haud ita multo post, in rebus sequentis anni, ita scriptum est:
Αμα δὲ τάτοις περιεσθόντοις, Πορφύροι μὲν Πατεράδε πιλακούσις δοτούσιες εἰς Σαρδούς αἴτ-
ησαν. Quæ ita Latinus interpres vertit: Interēa I C civium coloniam Romani in Sar-
diniam, ita, ut à vecigalibus prorsus immunes essent, deduxerunt. Satis absurdè: uti-
que, quum imperii Romani termini etiam tum in conspectu ferè omnes essent ur-
bis Romæ. unde patet, de opido aliquo propius Romanum sito scripsisse id Dio-
dorū: cuius verba postea à librariis corrupta fuere. neque verò quisquam Græ-
corum Sardiniam adpellavit lingvâ suâ τὴν Σαρδούς. sed omnes vel τὴν Σαρδοῦ,
vel τὴν Σαρδένα. ut ipse Diodorus antea. Romani nihil in eam insulam tentarunt
ante bellum Punicum primum: cui finis impositus, paxque Carthaginensibus cā
condicione data, uti Siciliâ Sardiniaque insulis cederent. Hinc. perpetuū in
corum-

eorumdem Romanorum mansit ditione; nisi quod sub bellum Punicum secundum instinctu Carthaginensium rebellaverint; statimque subacti iterum fuerint. quamquam montana insula incolentes, ut supra scripti testantur auctores, nunquam satis debellari potuerunt.

Ergo sub Romano imperio præcipui Sardinia populi fuere, ut supra intellectum, Διαγηθρέες, Βαλαροι, καὶ Κέρσοι. DIAGEBRENSES, BALARI, & CORSI. His præterea à Strabone adnumerantur Ακόνιται, Ταράται, Σωστάται. ACONITES, TARATES, & SOSSINATES. sic quidpe Latino ore formandi sunt: quemadmodum in Galliâ sunt Cæstari Cocosates, Elusates, Nantuates, Sibuzates, Sotiates, Tarufates, Tolofates, Vocates, Atrebates. quorum hi eodem modo formantur Straboni Ατρεβάται, Atrebatii: quum Ptolemæo in eâdem Galliâ & item in Britanniâ sunt Ατρεβάνοι, Atrebatii; quemadmodum eidem in nostrâ hac Sardinia Τιθυλάται, Tibulatii: quorum opidum ei memoratur Τίθυλα, Tibula. nam ab urbibus, aut aliorum locorum propriis ac primitivis vocabulis cuncta ista formata esse, certum est. Idem Ptolemæus, in descriptione huius insulæ ita habet: Καν-
χροι δὲ τὰ μὲν διελικάτα τὸν τιθυλάται, καὶ Κέρσοι. ὑφ' ἐξ Κορακίωνοι· εἶται Καρλίωνοι, καὶ Κρυπτονοι. ὑφ' ἐξ Σολκίται, καὶ Λεγκεδωνοι· εἶται Αισθρώνοι· ὑφ' ἐξ Κορτίωνοι, εἰ [malim] Αιζελίωνοι· εἶται Ρεκτίωνοι· ὑφ' ἐξ Κελστανοι, καὶ Κορμικίωνοι· εἶται Σκαμπά-
ται, καὶ Σικελίωνοι· ὑφ' ἐξ Νεαπολῖται, καὶ Ουάλεντοι· καὶ μεσημβρινώτατοι Σολκίται. Hoc
est: Tenent partes insule septentrionaleis Tibulates, & Corsi. sub quibus Coracenses: dein
Carenses, & Cunifitani. sub quibus Sulcitani & Luquidoneses. dein Aesaronenses. sub
quibus Cornenses, & Aecilenses. inde Ruacenses. sub quibus Celsitani & Corpicenses. dein
Scapitani & Siculenses. sub quibus Neapolitani & Valentini. &, qui maxime sunt meridio-
nales, Sulcitani. Sic pleraque ex his esse legenda partim vulgata indicant exemplaria, partim codex Vaticanus. in quo etiam pro Ρέακτωνι legitur Ρέεκτων. Ru-
brenses. Et hoc modo formanda esse ista vocabula Latino ore, vel unius Dacitæ sa-
tis comprobatur exemplum apud eundem Ptolemæum: ubi sunt Περιδαντίων, Ράγ-
αλίωνοι, Καρλίωνοι, Βερριδελίωνοι, Κορτίωνοι, Αιθούντων, Ποτυλατίωνοι, Σαλδίωνοι.
id est: Prendavenses, Ratacenses, Cacoenses, Burideenses, Cortenses, Albocenses, Potula-
30 tenes, Saldenses. Et in Mœsiâ, τερεγγελίωνοι, Πικλίωνοι, Οιτλίωνοι, Οβελίωνοι, Δι-
πλίωνοι, Πιαγλίωνοι. hoc est: Tricornenses, Picenses, Oetenenses, Obulenses, Dimenses, Pis-
renses. Ex his Tricornensium opidum eidem Ptolemæo & Tabula itinerariæ est
Tricornium; Dimensem Antonini Itinerario Dimum, & Tabula corruptè Dipium.
Βερριδελίωνοι, sive, ut alia exemplaria habent Βερριδελίωνοι, vitiato sunt vocabulo
à genuino Βερριδαντίων, id est, Burridavenses: quorum opidum in Tabulâ itinerariâ
est Burridava. Patet igitur ex hisce similibus exemplis, derivatiya illa esse po-
pulorum vocabula à primitivis urbium adpellationibus. Et Cornensium quidem opidum
fuit Cornus: Aesaronensem, Aesaro: Luquidensem, Luquido: Sulcitaniorum, Sul-
ci: ut mox ostendemus. Cæterum præter supra dictas Sardorum nationes, Livio
40 etiam memorantur PELLIDI: quorum caput prædictum opidum Cornus. Sed
id vocabulum fortè mendosum est à genuino PELLITI. Montosq; insulæ partes
quum sint versus Corsicam positæ, in his fuisse Balaros illos, Diagebrensis Tarates,
Sossinates, Aconitas, atque Corsos, certum est. Atque hinc rectè Ptolemæo primi
in septentrionali parte ponuntur Corsi, post Tibulates, quorum opidum Tibula
fuit maritimum. Sed de populis huius insulæ postquam satis dictum, opida et-
iam, à veteribus auctòribus memorata, indicate conemur.

Opidorum Sardinia notitiam unus fermè debemus Ptolemæo & Antonini Iti-
nerario. nam cæteri parum de iis adnotarunt. quamquam Ptolemæus heic quo-
que, sicut ferè in reliquis Orbis partibus, mirus turbator est; & Itinerarium à
librariis miserè vitiatum deprenditur. Hinc fit, uti paucis locis verus situs adseri
possit: utique in insulâ nobis exteris minus cognitâ, nam ipsam, unâ cum vicinâ
Corsicâ, adire, operæ pretium mihi visum non est, inter tot piratarum pericula.
Lucem itaque aliquam ad investigandos opidorum antiquorum situs incolarum
alicui, qui id præstare aliquando possit, nos præculisse sufficiet. Veteres igitur
quæ tradiderint, in medium adferemus. Strabo, lib. v: Πόλεις δὲ εἰσὶ μόδιαι,
ἀξιολογοῦ δὲ Καραλίς καὶ Συλχοί. Id est: Vrbeis habet plureis: quarum præcipua sunt Caralis
& Sulchi. Mela, lib. ii. cap. v: Vrbium antiquissima, Caralis & Sulchi. Plinius lib. iii
cap.

cap. VI: Opidorum X I I I I: Sulcitani, Valentini, Neapolitani, Boſenses; Caralitani, ci-
vum Romanorum; & Norenſes. colonia autem una, que vocatur Ad Turrim Libyonis.
In Tabula itineraria ſunt, Caralis, Turres, Nora, Sulci, Neapolis, & Vibia: ſed alie-
niſimis ſitibus. Ex Ptolemaeo igitur & Antonini itinerario cum haec tum alia in-
veſtigabimus. Apud Ptolemaeum ita eſt: Διληνὴ ἀκρον, Τίλιον πό-
λις, Νυμφαῖον λιμένων, Ερμαῖον ἄκρον, Τερμῆ τερμῆ ἐκβολαῖ, Κορχαῖον λιμένων, Τάρρας πόλις,
Θύρση τερμῆ ἐκβολαῖ, Οὔστης πόλις κελάσια, Έρες τερμῆ ἐκβολαῖ, Οὐσία πόλις, Σαρδοπά-
τρος εἰρόν, Νεάπολις, Παχαια ἀκρα. Μεσημβρινῆς ἀλθεῖς θείγερφη. Σύλης πόλις ē λιμένων.
Hoc eſt: Occidentale latum: Gorditanum promontorium, Tilium opidum, Nymphaeum por-
tus, Hermaeum promontorium, Termi fluvii oſtium, Coracodes portus, Tarras opidum, Thyr-
si amnis oſtium, Vſellis urbs colonia, Sacri fluminis oſtium, Oſea opidum, Sardopatoris fa-
num, Neapolis, Pachaeum promontorium. Meridionalis lateris deſcriptio: Sulci urbs & portus.

Ex his τὸ Γορδιτῶν ἄκρον GORDITANUM promontorium, eo ſitu contra HER-
CULIS insulam, que vulgo nunc dicitur Afinara, à Ptolemaeo ponitur, uti nul-
lum aliud eſſe poſſit, quād quod vulgo nunc vocatur Capo di Monte Falcone, & Ca-
po di Argentera. Memoratur Plinio quoque, lib. IIII cap. VII. Habet, inquit, & à
Gorditano promontorio duas insulas, que vocantur Herculis. Ex his maior adpellatur, ut
dixi, Afinara, ſive Zavara; minor verò, Iſola Piana. Maior etiam Tabulae itinera-
tiae memoratur.

Hinc τὸ Τίλιον, TILLIVM opidum, ſive, ut alia habent exemplaria, Tilius, ²⁰
TILIVM ex Ptolemaei poſitione habendum eſt id opidum, quād vulgo nunc vo-
pidum. catur Argentera.

Hinc τὸ Νυμφαῖον λιμένων, NYMPHAEVM portus is locus eſt, qui apud opidum Mon-
NYMPHAE- te Giraro vulgo vocatur Porticiolo. nam τὸ Εἴγαιον ἄκρον, HERMAEV M ſive MER-
VUS portus. CURRI promontorium nullum aliud eſſe poſſet, quād quod vulgo nunc dicitur
HERMAEV M Capo della Caccia. & inter utrumque poſita eſt exigua illa iſula, que Ptolemaeo vo-
catur Διαβατή, DIABATE, vulgo nunc Faluga adpellata.

Τερμῆς τερμῆς, TERMVS amnis hodiē nonnullis existimatur is, qui, maximus
torium.

DIABATE post Thyrsum, inter Gorditanum promontorium & Corsicam haud procul ab
iſula.

TERMVS lemai. Κορχαῖον huius λιμένων, hoc eſt, CORACODES portus, nullus aliis
amnis.

CORAX opidum.

CORACODES portus.

Τερμῆς τερμῆς, TERMVS amnis hodiē nonnullis existimatur is, qui, maximus
torium. post Thyrsum, inter Gorditanum promontorium & Corsicam haud procul ab
iſula. Aragonensi opido in mare effunditur. at haec opinio planè aliena eſt ab mente Pro-
lemai. Κορχαῖον huius λιμένων, hoc eſt, CORACODES portus, nullus aliis
amnis. esse poſſet, quād quod opidum nunc vulgo adpellatur Algeri, ad ſinum ſatis am-
plum & multarum navium capacem, nam ultra hunc nullus ſequitur portus, ni-
ſi qui ad Bosam opidum eſt in medio iſulae latere. ubi non fuiffe Coracodem por-
tum inde colligo, quād Ptolemaeus in populis recendit, post Tibulatates atque
Corsos, qui omnium fuere maximè ſeptemtrionales, proximè ſubjugit Coracen-
ſeis: quorum opidum haud dubiè ſuit Κέρχη, CORAX: & inde proximus ei por-
tus cognomine Κορχαῖον, Coracodes. quem, ut dixi, ex ſitus argumento eum eſſe
censeo, qui nunc vulgo vocatur Algeri. Termus autem amnis eſt is, qui inter hoc
opidum & ſuprā dictum promontorium Hermæum in ſinum Algerensem effundi-
tur. Niſi hunc etiam à vero ſitu deturbasse ſuſpiceri Ptolemaeum, quemadmo-
dūm reliqua hinc loca, ut oſtendam: malisque Termus eſſe eum, qui apud Bo-
ſam in mare effunditur. Nam hic altero illo inter Algerium opidum & Mercurii
promontorium maior eſt; ideoque memoratu dignior.

Cetera igitur hinc loca turbavit Ptolemaeus; dum Thyrsum & Sacrum flumina
NEAPOLIS præposuit Neapoli opido. nam NEAPOLIS hodiēque vulgo vocatur Neapol. ⁴⁹
epidum. prope hoc autem, ab austrinā parte in ſinum maris effunditur maximus totius
iſulae amnis, & medium ſecans. qui ex hoc documento deprehenditur eſſe is,
qui Ptolemaeo, Pausaniz, atque Antonino dicitur Θύρσης, THYRSVS
amnis. nam hunc per medium fluere iſulam, ſuprā e Paulaniam intelleximus. Apud An-
toninum iter tale eſt:

Ab Vibia Caralis M. p. CLXXXIII, ſic:

Caput Tyrſi	XL.
Sorabile	XLVI.
Biora	XLVI.
Caralis	XLII.

Ex his

Ex his locis *Caralis* urbs etiamnunc caput totius insulæ est : *Olbia* verò in ruinis noscitur in eodem cum illâ occidentali insulæ litora, intervallo inter utramque milium passuum circiter LXX. unde patet, per mediterranea versus Thyrsi amnis fontem actum fuisse id iter : quando tantis CLXXXIII millium ambagibus circumactum fuisse, minimè credibile est. corruptique haud dubiè sunt numeri inter vallorum.

Osea πόλις, *Osaea* opidum vulgo hodieque inter Neapolim & Bosam vocatur *OSA E A opidum*. Eius vocabulum meritò vitiatum suspicatur Iosias Simlerus in *Othoca*, apud dum Antoninum, in hisce itineribus:

	A Tibulas Sulcis M. P.	A Tibulas Caralis M. P.	
10.	CCLX, sic:	CCXIII, sic;	
Vineolis	XII.	Gemellas	XXV.
Erurio	XXIIII.	Lugudonec	XXV.
Ad Herculem	XXIII.	Hafa.	XXIIII.
Ad Turrem	XVIII.	Molaria	XXIIII.
Nyre	XVII.	Ad Medias	XII.
Carbia	XVI.	Foro Traiani	XV.
Bosa	XXV.	Othoca	XVI.
Cornos	XVIII.	Aquis Neapolitanis	XXXVI.
Tharrhos	XVIII.	Caralis.	XXXVI.
Othoca	XII.		
Neapolis	XVIII.		
Metalla	XXX.		
Sulcis	XXX.		

Bos a, paullum ab litora in mediterranea recedit, ad amnis ostium in medio *Bos a opidum* occidentali latere sita. Ptolemaeus nimis impetrè regione Hermæi promontorii *dum* *cam posuit*. Plinio, dicto lib. III cap. VII, opidan inde dicuntur *BOSENSES*.

Porro Ptolemaeo post Thyrsum ponuntur οὐστλίς πόλις καλώνια, *VSELLIS VSELLIS* nrbs colonia, & ἕρπος πέρης, id est, *SACER fluvius*. Hic nullus alias esse poterit, *colonia*. quā qui inter Thyrsum & promontorium, cui vulgare vocabulum *Capo di Frasca*, *SACER* in sinum Neapolitanum effunditur. Ipsa verò urbs sive *Colonia Vsellis* erit ea, quæ annū. secunda à capite vulgo nunc dicitur *Orifagni*, intus paullum recedens. Plinius quod dicto lib. II cap. V unam fuisse in Sardinia coloniam ait, nomine *Ad Turrim Libysonis*, quæ in septentrionali insulæ parte hodieque dicitur *Torre*, id minus ducentum: quando multa ille in Siciliâ etiam, & plura in suâ Italâ negligenter præterit, vel turbavit confuditque. De cætero illi apud Ptolemaeum populi *Keletorovi*, *Celsitani*, ab hac urbe ei dicti videntur fuisse οὐστλίται, *Vsellitani*. nam quum scriptum esset ab ipso, υφ' ᾧ εἰσλατανοί, facile ea verba postmodum ab incurioso libri corrumpi potuerunt in υφ' ᾧ εἰσλατανοί.

Iam verò, quum & *Bosa* & *Osea* & *Neapolis*, opida, & flumina *Termum*, *TARRAS* Thyrsum, & Sacrum falsis sibris retulerit Ptolemaeus, τάρρες πόλις, *TARRAS opidum*, *opidum*, quo situ fuerit, planè incertum est. Idem tamen esse, quod apud Antoninum in praescripto itinere est *Tharrhos*, doctis video nonnullis placere viris.

Locus ille apud Antoninum *METALLA*, inter Neapolim & Sulcos, opidum *METALLA* fuisse videtur ex hodiernâ adpellatione, qua vulgo dicitur *Civitati di Glesi*, id est: *opidum*. *Civitas Ecclesiarum*. nam heic hodiè argenti exstant metallæ.

Cæterò apud Ptolemaeum inter *Oseam* & *Neapolim* legitur Σαρδοπάτης ιερὸς, id *SARDOPATIS* est, *SARDOPATORIS fanum*. at in tabulâ ea illi tribuitur latitudinis regio, quæ *TORIS fanum* infra Neapolim versus meridiem excedit, aliquantum in occidente hibernum *num.* declinans. quo situ conspicitur suprà dictum promontorium *Capo di Frasca*. unde facilis ac prona suspicio, vel in hoc fuisse, η ιερὸς illud, vel scripsisse forte ipsum Ptolemaeum Σαρδοπάτης ιερὸς, id est, *SARDOPATORIS promontorium*.

Inter hoc promontorium & suprà dictum promontorium Mercurii, sive inter *BERTVLA* *Bosam* & *Neapolim*, duæ objacent litora insulæ, quarum maior *Coffia di donna*, minor *Malavente*, vulgo dicuntur. maior earum videtur esse eadem quæ in Tabulâ itinerariâ est *BERTVLA insula*.

Post

**CRASSVM
promonto-
rium.
P V P L V M
opidum.**

S V L C I urbs.

Post Sardopatoris sive fanum sive promontorium, Ptolemæo est η παχηα ἀκρεζ, id est, si Latinè vertas, CRASSVM promontorium: & post hoc πάπελον πλις, PVPLVM opidum in extremo insulæ versùs occasum hibernum excursu, qui terminus est occidentalis meridionalisque laterum. Crassum igitur promontorium erit id, quod inter hoc ultimum & Frascam in mare protenditur.

Hinc jam in ipso sequebatur meridionali latere antiquissima Carthaginensium cœlonia Σύλχαι pluralis numeri dicta vocabulo; quod Romani suo ore, Græcæ literæ in Latinam versâ, fecère SVLCI. unde opidani Hirtio & Plinio dicuntur SVLCITANI. Plinius, dicto lib. 111 cap. viii: Opidorum XIII. Sulcitani, Valentini, Neapolitani, Bosenses, Caralitani. Hirtius, fine libri de Bello Africano: His rebus gestis, Idibus Iunii Vitica classem descendit Cesar: & post diem 111 Caraleis in Sardiniam pervenit. ibi Sulcitanos, quod Nasidium ciusque classem receperant, copiisque juverant, HS c millibus multat. Apud Ptolemaeum leguntur ea vocabula Σόλχαι & Σόλχιται: sed nescio, an fatis sine mendo. quod tam facile his irrepisse potuit, ut in illud fluminis Thyrsi nomen apud Paulaniam. & ipsum opidanorum nomen apud Ptolemaeum vitiatum in vulgatis exemplaribus legitur per η Σόλχιται. Quamquam Ptolemaeus plerumque in Romanorum provinciis Latinam nominum scriptiōnem sequi adsevit. Ceterū apud Paulaniam quoque idem vocabulum variè legitur, modò Σύλχαι, modò Σύλχαι: quorum hoc meido conspersum: illud etiam Latinorum nonnullis exemplaribus irrepit. Apud Plinium, dicto loco, tametsi opidani sunt Sulcitani, tamen promontorium ibidem dicitur Sulcepse; & quibusdam in exemplaribus Sulchense; in plerisque verò Sulcense. Ipsos etiam opidanos interdum Romanis dictos fuisse SVLCENSES, inde patet. Apud Zonaram tomo 11 sunt Σύλχαι. & sic Ptolemaeum scripsisse puto. Ceterū de ipsâ urbe ita est apud Stephanii epitomatorem: Σύλχαι, πλις ον Σαρδοι, Καρχηδονιων κλησια. Id est: Sulci, urbs in Sardinia, à Carthaginensibus condita. Sic & Claudianus, de Bello Gildonicō:

Pars adiit antiquâ ductos Carthagine Sulcos.

Alia exemplaria habent Sulchos. sic & Strabo, lib. v: Πόλεις δι' εισὶ μὲν πλείσσ, αὐτές λογοι δε Κάρχηλις καὶ Σύλχαι. Id est: Urbes in eâ sunt complures; quarum precipua Caralis & Sulchi. Mela, lib. 11 cap. viii: Urbium antiquissime Caralis & Sulchi. Sub primum haud dubiè in insulam adventum condidere eas Carthaginenses, colonis Pœnisi ex Africâ deductis. Situs Sulcorum è Ptolemai tabulâ dispectu difficilis. maritimam tamen is facit urbem cum portu, in meridionali insulæ latere. Plinius dicto loco ita tradit: Habet & à Gorditano promontorio duas insulas, que vocantur Herculis; à Sulcensi Enosin, à Caralitano Ficariam. quidam haud procul ab eâ etiam Beleridas ponunt, & Colloden, & quam vocat Heras-lutra. Quæ ita refert epitomatorem eius Martianus Capella, lib. vi: Habet à Gorditano promontorio insulas duas, que Herculis memorantur; à Sulcensi Enosin; à Caralitano Ficariam Galatamque, quidam item non longè Balaridas dicunt, & Collodem, & Heras-lutra. Est hodiè insula prope meridionale insulæ litus, vulgari adpellatione l'Isola di Sant'Antico, objecta portui, qui vulgo dicitur Palma di Solo. qui ex situ & vocabuli quadam similitudine colligitur esse antiquæ urbis Sulcorum locus: insula verò eadem, quæ Plinii dicitur ENOSIS. SVLCITANVM autem sive SVLCENSE promontorium id est, quod portum Sulcitanum à meridi claudens, vulgo nunc dicitur la Punta dell' Ulga.

**E N O S I S
insula.**

**S V L C E N S E
promonto-
rium.**

**P L V M B A R I A
insula.**

**A C C I P I-
T R V M
insula.**

**B O A R I S &
B U C I N N A in-
fule.**

Insulæ S. Antiochi ab occasu alia objacet contra idem meridionale Sardinie litus, quæ vulgo adpellatur Isola di S. Pietro. inter hanc verò & suprà dictum promontorium sive opidum Pupulum, alia est parva insula. Ptolemaeus contra Pupulum & Crassum promontorium duas versùs occasum ponit insulas, quarum proxima dicitur Μολυβών, id est, si Latinè vertas, PLUMBARIA; longior quior ἡ οπάνω νῆσος, id est, ACCIPITRVM insula. Haec duæ an sint illæ prædictæ. Etæ divi Petri & minor ab hac versùs occasum æstivum insulæ, haud temere dixerim; quando inter divi Petri insulam & insulam divi Antiochi aliæ præterea duæ sternuntur insulæ exiguae, quarum altera prope divi Petri insulam vulgo dicitur Isola Piana, altera apud divi Antiochi insulam Isola de Frances.

Ceterū juxta eamdem Antiochi insulam ab ortu duo sunt scopuli, quorum alter proprius modò dictam insulam vulgo vocatur Il Toro, id est, Taurus; alter hinc versùs ortum, La Vacca. In Tabulâ itinerariâ duæ apud Sardiniam notantur insulæ cum his

cum his inscriptionibus: *Inī. Boāris. Inī. Bouenna.* Esse easdem, quas nunc vulgo vocari dixi *Il Toro & La Vacca*, ipsa vocabula indicant. Altera eorum recte poterat dici Græcā formatio *Boae* & *Boae* $\delta\Theta$. quod recte fortè formaveris Latinē **BOARIA**, at alterius vocabulum corruptum censeo à genuino *Béuva*, **BVINNA**: quo nomine una etiam ex Aegadibus appellata fuit, aliás ab eodem vaccarum argumento *Φορβανία Phorbantia* dicta. Atque hanc intellexisse videntur autores vita Papæ Pontiani, quos ad Phorbantiam citavi; licet scopulus sit asper atque incultus. Easdem duas insulas an **BOARIDAS** appellaverit Plinius & epitomator eius *Capella*, pro quibus nunc legimus apud hunc *Balaridas*, & apud illum *Beleridas*; vix affirmare ausim. quamquam non desunt, qui *Ηέρες λατεράς* Plini & Capellæ eamdem velint esse insulam, quæ apud Ptolemaeum vocatur *Ιεράκων νῆσος*. nec mirum fuerit, Plinium male tribuisse Caralitano premontorio insulas, quæ Sulcitano erant abjectæ. Sed & in antiquo exemplari, Parmæ anno a nato Iesu ccccxxvi excuso, disertè est, *quam vocant Hieracam*: scilicet & hoc ultimâ syllabâ corruptum, pro *Hieracon*, à Græco τὰν Ἱεράκων.

Porrò litus à Sulcis versus Caralin urbem ita describit Ptolemaeus: *Μεταμερῆς πλευρᾶς απειγεαφή· Πέπελον πόλις, Σόλινον πόλις [χ] λιμενί, Χερσόνησος, Βίονα λιμενί, Ηέρες λιμενί, Νέας πόλις, Κενιών χάραξον ἄκρον, Αίγαλδος απειγεαφής. Αναπολικῆς πλευρῆς απειγεαφή· Κάρελις πόλις χάραξ, Καρελιπόνες κόλπος.* Id est: **MERIDIONALIS LATERIS DESCRIPTIO:** *Pupulum opidum, Sulci opidum cum portu, Peninsula, Bīa portus, Herculis portus, Nora urbs, Cunium charium promontorium, Litus hinc contignum. ORIENTALIS LATERIS DESCRIPTIO: Caralis urbs & promontorium, Caralitanus sinus.* Ex his *Χερσόνησος*, id est, **PENINSULA**, ex tabulâ Ptolemaei cognoscitur esse ea, quæ, S. Antiochi insulae objecta, ad cervicem sive isthmum habet opidum vulgari vocabulo *Parignano*.

PENINSULA.**BIO THA***opidum.*

Ille Ptolemaei *Bīa λιμενί*, id est, *Bīa portus*, in Vaticano exemplari legitur *Bīa πόλις*, id est, *Bīthia opidum*. hodiè vero, post prædictam peninsulam & insulam S. Antiochi, portus est vulgari adpellatione *Porto Bota* dictus. quem illum esse Ptolemaei portum, cum vocabulum tūm situs aperè clamant. Apud Antoninum iter tale est:

30

*Alio itinere ab Ulbia Caralis**M. P. CLXXXIII, sic:*

<i>Caput Tyrſi</i>	<i>XL.</i>
<i>Sarabile</i>	<i>XLVI.</i>
<i>Biora</i>	<i>XLVI.</i>
<i>Caralis.</i>	<i>XLII.</i>

Heic commentator Antonini Hieronymus Surita vult eudem esse locum *Bioram* & *Bīam* Ptolemaei; quam corrigendam ex Itinerario censet. ac per miras ambages ductum fuisse iter inter *Olbiam* atque *Caraleis*, ex numero *CLXXIIII* millium certum fit. Verum quia numerus *XL* millium, quæ Itinerarium habet ab Olbia ad caput *Thyrsi*, neque fonti neque ostio ullo modo convenit, corruptum eum esse, ac fortè reliqui cum illo, conjicere licet. Quia tamen suprà dictus portus hodiè vocatur *Bota*, apud Ptolemaeum etiam scriptum fortè fuit *Bība πόλις χλιμενί*, id est, *BIO THA opidum cum portu*.

Cæterum *Noram* urbem in mediterraneis fuisse, longius ab hoc litore remotum, postea patebit. Ista verba *Κενιών χάραξον ἄκρον* corrupta esse, quivis facile observaverit. Ex positu, quem ei promontorio tribuit Ptolemaeus, deprehenditur esse id, quod, à meridie Caralitanum sinum includens, vulgo dicitur nunc *Capo Pulo*: ante quod parvæ jacent insulæ aliquot. Tabulæ itinerariae circa Caralim est **CUNICULARIA insula**. hinc ego colligo, prædictum promontorium à Ptolemaeo fuisse adpellatum *Κενιών χάραξον ἄκρον*, **CUNICULARIVM promontorium**.

CUNICULARIVM pro-**RIVM pro-****montorium.****CUNICULARIA****RIA insula.**

Prope Cunicularium promontorium eidem Ptolemaeo ab meridie ponitur **HERCULIS portus**, *Ηέρες λιμενί, Herculis portus*. Hic haud dubiè idem est opidum, quod *portus*, nunc vulgo vocatur *Chia*.

Sequitur hinc tandem ipsum nunc totius insulæ caput vulgo incolis *Cagliari*, Italisch **CARALIS** verò *Cagliari* dictum. Vrbs ea antiquis auctoribus Græcis vocatur *Καρράς*, **CARA-URBS**, Latinis plerisque plurali numero **CARALES**: & inde *opidani CARALITANI*. Apud Melam, lib. II cap. VII, urbis vocabulum vitiatum est in hodiernum *Calaris*: & apud

& apud Florum lib. ii quum cap. vi legatur accusativus casus *Caralim*: cap. i. genitivus est *Carala urbis*: atque ita apud transcriptorem eius Iornandem de Regnorum successione. Sed heic legendum esse *Alarie urbis*, post in Corsicā docebo. Apud Procopium, Vandilicar. rer. lib. i & Gothicarum lib. 1111, Latini, credo, exscriptores idem currupere genitivo casu in Καράλεως, & apud Pausaniam in Phocicis accusativo casu Καράλη. Strabo lib. v ita habet: Πόλεις δὲ εἰσὶ φῦ τοῖς, αξιόλογοι δὲ Καραλίς καὶ Σέλχοι. Id est: *Vrbis habet complureis; quarum praeципua sunt Caralis & Sulci*. Ptolemæus: Καραλίς πόλις νοτὶ αὔρα. *Caralis urbs & promontorium.* Mela, dicto lib. ii cap. vii: *Vrbium antiquissime Caralis & Sulci.* Claudio de Bello Gildonicō:

10
Tenditur in longum *Caralis*.

Livius, lib. xxiii: *Navibus longis ad Caraleis subductis.* Et paullo post: *Manlius Caraleis se recepit.* & mox: *Caraleis per venturus erat.* Et postea: *Caraleis exercitum reduxit.* A. Hirtius, de Bello Africano: *Post diem 111 Caraleis in Sardiniam peruenit.* Et: *Caralibus secundum terram proiectus, duodetrigesimo die ad urbem Romanam venit.* Priscianus, lib. ii: *Caralibus Caralitanus.* Mela *vetusissimas Sardiniae urbes vocat Caralin & Sulcos:* nempe quia à Phœnicibus sub primum in hanc adventum condita fuere; ut supra è Pausaniā intellectum est. Hinc Claudianus, dicto loco:

20
Vrbs Lybiam contra Tyro fundata potenti,
Tenditur in longum *Caralis*; tenuemque per undas
Obvia dimittit fracturum flamina collem.
Efficitur portus medium mare; tutaque ventis
Omnibus ingenti mansuscunt stagna recessu.
Hanc omni petiere manu: prorisque reducili
Suspensā Zephyros exspectant classe faventeis.

Nempe sinus Caralitanus, quem ille vocat *portum*, & *medium mare*, & item *sagnum ingenti recessu*, unā cum ipsā urbe, quæ ad medium eius sita est, ab occasu aëstro versus orrum hibernum prospicit Africam, quæ caput eius olim erat Carthago, juxta Mercurii promontorium, quod nunc est vulgo *Capo Buono*. Hinc illud Plinii, lib. iii cap. vii: *Sardinia abest Africā Caralitano promontorio ducenta millia.* Vrbs hodiè in intimi sinus recessu sita est. at olim extensam fuisse in promontorium usque, quod heic adpellat Plinius *CARALITANVM*, in quo nunc fanum conspicitur S. Eliæ, pater ex istis Claudiani verbis:

Tenditur in longum *Caralis*; tenuemque per undas
Obvia dimittit fracturum flamina collem.

Hinc etiam Ptolemæus eodem situ ponit ipsam urbem & promontorium. Καραλίς, inquit, πόλις νοτὶ αὔρα. id est: *Caralis urbs & promontorium.* Et ingentem fuisse urbem, testatur disertis verbis Florus, quæ sunt lib. ii cap. vi huiusmodi: *Sardiniam Gracchus arripuit. nihil illi gentium feritas, Insanorumque (nam sic vocantur) immanitas montium profuere. sicutum in urbeis, urbemque urbium *Caralim*; ut gens contumax & vilisque moris saltem desiderio patrii soli domaretur.* Caput igitur jam tum ab initio fuit totius insulæ, postquam à Phœnicibus condita & à Carthaginensibus habitata est.

Cæterum sinus Caralitanum à septentrionibus claudit promontorium, quod vulgo vocatur *Capo Ferrato*, & *Capo di Carbonara*. huic adjacent tres insulæ, contra Caralitanum promontorium ab ortu sitæ. Hinc Plinius, dicto lib. 111 cap. vii: *Habet [Sardinia] à Gorditano promontorio duas insulas, quæ vocantur *Herculis* & *Sulcensi Enosin*; à Caralitano *Ficariam*, quidam haud procul ab eâ *Beleridas* ponunt & *Colloden*, & quam vocant *Heras lutra*.* Eadem verba & Martianum Capellam in geographicis suis referre, suprà ostendimus. ubi tamen ineptè & *Galatam* insulam admiscerit de suo; quæ proprius erat Africæ litora. *FICARIA* insula Ptolemæo quoque narratur: sed longius à Caralitano promontorio versus ortum brumalem posita. Iuxta Plinii relationem haud dubiè fuit una ex tribus suprà dictis insulis, promontorio Carbonario objacentibus; eaque omnium Caralitanum promontorio proxima. Ex reliquis duabus altera fortè fuerit illa *Κολλοδης*, *COLLODES*, Plinii, altera *Ηρας λυτρα*, *HERAS LVTRA*, sive, si Latinè malis *IVNONIS BALNEAE*. Ultras, versus septentriones, haud longè absunt aliæ tres minores insulæ, vulgari vocabulo

FICARIA
insula.

COLLODES,
& HERAS
LVTRA,
insula.

SARDINIA ANTIQVA.

493

cabulo in commune dictæ *Le Sanguinare*. hæ forte fuerint BE LERIDES, sive BE LERIDES
BALARIDES insulae. In Tabulâ itinerariâ insula circa Caralim & Cuniculariam insulae,
insulam legitur Ruraria. sed hoc forte vocabulum corruptum fuerit à Ficaria. CARALITA

insulam legitur *Ruraria*. sed hoc forte vocabulum corruptum lucet a *Ruraria*. CARALITA
Porro apud Ptolemaeum ita legitur : Καραλίς ἡδης καὶ αὔγει, Καραλίτανος νότιπος, finus.
Συνοικίας καμψην. id est: *Caralis* urbs & *promontorium*, *Caralitanus* *finus*, *Susaleus* *vicus*. At-
qui CARALITANVS *finus* à Cuniculario protendebarūt *promontorio* ad pro-
montorium usque Carbonarium; atque in medio eius in dicto *promontorio* Cara-
litano sita erat urbs *Caralis*. Ptolemaeus igitur medium tantum *finum* retulit.

Sed omne hoc latus orientale ab Carali ita describitur Ptolemæo : Αἰαπλιῆς
10 οὐαλέρες ἀνεγερφί. Καραλίς πόλις καὶ ἀρχα, Καραλιτανὸς ἥλιπο, Συστελέσ κάμην, Σαι-
πεῖς πλεύε ἐνβολαι, Συπικιο. λιμνή, Κέδελο πλαυε ἐνβολαι, Φωρνία πόλις, Ολβία πό-
λις, Ολβιανὸς λιμνε, Κολυμβάζειον ἄνερ, Αρκτε ἄνερ. Βορείας οὐαλέρες ἀνεγερφί. Ερρε-
βαῖλον ἄνερ. Id est: Orientalis lateris descriptio: Caralis urbs & promontorium, Caralitanus sinus, Sisalens vices, Sepri amnis ostium, Sypticus portus, Cedris fluvii ostium, Feronia opidum, Olbia urbs, Olbianus portus, Columbarium promontorium, Vrsi promontorium. Septemtrionalis lateris descriptio: Erebantium promontorium. Non equidem in Carali urbe & promontorio Caralitano desinebat latus meridionale, incipiebatque orien-
tale; sed in suprà memoratō promontorio, quod vulgo nunc dicitur Capo Tavolaro,
sive Tolaro. Cæterū quia locorum à Ptolemæo in orientali latere commemorato-
rum pleraque sunt obscura dispeñtu atque incerta, nota ac certiora priore loco
explicanda erunt.

Oλβία μάρις, O L B I A urbs^s, hodieque nomen in ruinis retinet. Memoratur antiquis auctōribus, Ciceroni, Ptolemæo, Pausaniæ, Itinerariis Romanis, Claudio-urbs.
no, Stephano, Orosio, Iornandi. Sed posterioribus hisce auctōribus scribitur
V L B I A. unde virtutum vocabulum in Tabulâ itinerariâ legitur Vtta. Opidani in-
de dicebantur O L B I E N S E S , & V L B I E N S E S . Stephani epitomator, complureis
per terræ Orbem commemorans Olbias, Εύρη, inquit, Σαρδεῖς. id est: Sexta est Sar-
dinie. Claudianus, dicto carmine de Bello Gildonico:

30 Florus, dicto lib. i cap. 1, de populo Romano loquens: *L. Cornelio Scipione*, quum jam Sicilia suburbana esset populi Romani provincia, serpente latius bello, in Sardiniam adnexamque Corsicam transit. ubi & sic Carala urbis excidio incolas terruit, adeoque omneis terrâ & mari Pénos expugnavit, ut jam victorie nihil nisi Africa ipsa restaret. Hæc ita in suum de Regnum successione librum transcripsit Iornandes: *L. Cornelio Scipione*, quum jam Sicilia suburbana esset populi Romani provincia, serpente latius bello, Sardinia adnexa atque Corsicâ, transit Olbiam. ibi Carala urbis excidio incolas terruit, adeoque omneis terrâ & mari Pénos fugavit, ut jam victoria nihil nisi Africa ipsa restaret. Primam in Sardinia urbem adgressum L. Scipionem esse Olbiam, Zonaras quoque tomo ii tradit. Antiquissimam fuisse urbem, vel inde patet, quod Thespientium, qui duce Iolao in 40 Sardiniam transvisse ferebantur, opus exsistimat sit; ut suprà Pausaniam testantem audivimus. Posteriori etiam tempore eximiam eius inter alias fuisse dignitatem, ex eo liquet, quod M. Ciceronis frater Quintus, proconsul provinciæ Sardiniae, in eâ urbe præsedidit: ut ex Marci patet epistolis, ad Quintum scriptis. Lib. ii epist. iii: *A te post illam Olbiensem epistolam nullas literas accepi.* Et epist. vi: *Tuas misericordias literas exspecto.* atque adhuc clausum mare scio fuisse. Sed quosdam venisse tamen Olbiâ, dicebant, qui te unice laudarent: plurimique in provinciâ fieri, dicerent. Item epist. viii. Atque has, scito, literas me solas accepisse post illas, quas tuus vanta attulit, Olbiâ datas. Postea etiam secundo loco fuisse à Caralibus, patet ex Osorio. qui lib. i. cap. ii ita scribit in Orbis descriptione: *Sardinia habet a meridiâ contra Numidiam Caralitanos; contra Corsicam insulam, hoc est, septentrionem versus, Vlbienensis.* Hinc etiam in Antonini Itinerario itinera cō terminantur.

Porrò ante πολυμερέσθην αἰγαῖν, COLUMBARIVM promontorium, locatur à Ptolemaeo εγγαιά νῆσος, HERMAEA sive MERCVRII insula. Insula tota hoc orientali Sardiniae latere nulla est, post Beleridas, nisi quæ ad septemtrionalem insulæ partem vulgo vocatur *isola di Tavolaro*, sive *di Tolara*, inter duo promontoria projecta, quorum alterum ab meridie vulgo dicitur *Capo Cavallo*, alterum ab septemtrionibus *Capo di Sarda*. quorum hoc ex Ptolemaeo despiciunt esse illud Columbarium.

COLUMBA
RIVM pro-
montorium.
HERMAEA
five MER-
CURII in-
sula.

OLBIANVS
portus.

O'βιανὸς ἄγος, OLBIANVS portus, ex situ Ptolemaeo inter Olbiā & Hermāam insulam sive Columbarium promontorium medius ponitur, ut ad mentem eius nullus alius esse possit, quām qui inter duo promontoria, quibus vulgares appellatio-nes Capo Comino & Capo Cavallo, primò in sinum, deinde in lacum inter opida, qui-bus vulga-ri a vocabula, Castro Desen, Simiscola, Lode, & Posara, protendit.

Iam verò reliqua hinc ab Olbiā ad Caralitanum sinum loca, quae Ptolemaeus adnotavit, haud facile, nisi per Antoniniani Itinerarii collationem, dispici poten-tunt. Illic itinera sic describuntur:

A Portu Tibulas Caralis

M. P. CCLXV, sic:

Turobole minore XIX.
Elephantaria XV.
Longones XII.
Vlbia XXVIII.
.Cochlearia XV.
Portu Liguidonis XII.
Fano Carisi XXV.
Viniolis XII.
Sulcis XXXV.
Porticenses XXIIII.
Scarcapos XX.
Ferraria XX.
Caralis XIII.

A Tibulas Caralis M. P.

CCXIII, sic:

Gemellas XXV.
Lugudonec. XXV.
Hafa XXIIII.
Molaria XXIIII.
Ad Medias XII.
Foro Traiani XV.
Othoca XV.
Aquis Neapolitanis XXXVI.
Caralis XXXVI.

10

LUGVIDO-
NENSIVM
portus.

Tibulæ opidum contra Herculis fuisse insulas in septemtrionali insulæ litore, post ostendetur. Hinc ad Caralim alterum istud iter ductum fuisse per mediterranea, patet ex Aquarum Neapolitanarum memoratione, quæ fuere in mediterraneis. pri-mum autem iter per litus orientale fuisse actum, indicant loca ista: Vlbia, Portu Luquidonis, Portuenses. Ab Vlbia ad Caralim in eo itinere numerantur apud An-toninum millia omni numero CLXXXVIII; quum rectâ linea inter ea opida sint millia circiter LXX tantum unde liquet, corruptos plerosque esse numeros. Ptole-30 mao, ut suprà citatum, populi Sardiniae recensentur inter alios Λεγιδωλούσαι, Lu-quidones. quorum opidum fuit Λεγιδών, Luquido; sive, ut Antonini præ-scripta itinera habent, per g, Lugido. per quod iter illud mediterraneum age-batur. Horum LUGVIDONENSIVM portus erat in orientali insulæ latere: qui Antonino dicitur LUGVIDONIS portus. Millia autem passuum huc sunt in præ-scripto itinere ab Vlbia xxvii. ex quo intervallo patet, Luquidones. portum ful-se in sinu ac lacu, qui vulgo dicitur Lago Liafo, sive Lago d' Ogliastro. apud quem locus etiam nunc vocatur antiquo illo Luquidonis vocabulo, sed detorto, Loconi. eodemque nomine alias est, in mediâ ferè insulâ; ubi ipsum haud dubie fuit opidum LUGVIDO sive LUGVIDO.

40

SCARCAPOS
opidum.

Inter dictum portum & Carbonarium promontorium aliis est sinus & portus ad ostium amniculi, vulgo Sarabos dictus: à quo ad Caralim recto itinere millia sunt circiter XXXIII. Ex nominis similitudine simulque ex intervallo idem locus esse deprehenditur, qui in præscripto Antonini itinere dicitur SCARCAPOS. Apud Ptolemaeum populi leguntur Σαραποί, Scapitani. hi fortè ab ipso Ptolemaeo scripsi fuere Σαραπατοί, SCARCAPITANI.

SAEPRVS
& CEDRIS
annus.

Ptolemaeo inter Caralitanum sinum & Olbiā duo referuntur suprà scripti annes, Σαπρός, SAEPRVS, & Κέδρης, CEDRIS. quorum hic ab Olbiā, ille à Caralito-sinu, longè remoti sunt. Hodie eo litoris traktu duo tantum noscun-tur fluyii: quorum alter ad Scarcaponē erit ille Saeprus; alter, ad Luquidones. portum, Cedris. Vocabula ea an satis sint sana ac sine mendo, meritò quis du-bitet: quando Saeprus nescio quid simile habet cum opido Scarcapo.

FERONIA
opidum.

Inter Cedrim amnem & Olbiā Ptolemaeo ponitur in litora Φερωνία μήλις. FE-40 RONIA opidum. id fortè fuerit eo situ, quo nunc templum conspicitur diva Vir-

CARISI sive
CANISI fa-
mum, opidum

ginis, vulgo Santa Maria Navarese dictum, in promontorio, quod Olbiensem si-num à Luquidones distinguit.

A portu Luquidonesi VIII circiter millia, Caralin versus, opidum vulgo nunc vo-ca-

40

vocatur *Fani*. id ex nomine & regionis tractu videtur esse illud **FANVM CARISI** Antonini. Ptolemæo populi referuntur *Κανυστίγονι*, *Canusiani*. ii fortè fuerint *κανυστίγονι*, *Canusiani*; à *Fano Canusii* sive *Canisi*.

Locus ille apud eumdem Ptolemæum *Συπίκιος λημνός*, *Sypticus portus*, in Vaticano exemplari legitur *Σελπίκιος*. unde ego conjecterim, ab ipso Ptolemæo scriptum fuisse *Σελπίκιος λημνός*, *Sypticus portus*. In suprà citato Antonini itinere ita scriptum est:

<i>Portu Lughidonis</i>	
<i>Fano Carisi</i>	xxv.
<i>Vniolis</i>	xii.
<i>Sulcis</i>	xxxv.
<i>Porticenses</i>	xxxx.
<i>Scarcapos</i>	xx.
<i>Ferraria</i>	xx.
<i>Caralis.</i>	xxx.

10

Ingens sanè millium numerus tam exiguo inter portum Liquidonensem & Scarcapon spacio; & haud dubiè falsus est. Plureis existitisse Sulcos urbeis in Sardinia, nusquam profectò reperieris. Id quum doctissimus etiam quomdam Scudius animadverteret; maluit ex Ptolemæo legere *Sulpici*. Ego verò suspicor legendum esse *Sulpici portuenses*, nam in regio Laurentina in Hispania bibliothecæ exemplari esse *Portuenses*, testatur Hieronymus Surita, in commentationibus ad Antonini Itinerarium. & *Portuenses* dictos fuisse opidanos à *Portu Augusti*, in Italia opere docui. Ptolemæo sunt inter Sardinia populos *Σικυλίων*, *Siculenses*; & *Κορικλίων*, *Coricenses*, siue, ut Vaticanum habet exemplar, *Κορικλίων*, *Corticenses*. an ab uno eodemque loco duos diversos fecerit populos, *Σελπίκιων* *Sulpicenseis*, & *Πορθύλιων* *Portuenseis*, haud temerè dixerim. id scio, Siculenseis haud facile heic in Sardinia consistere posse. Cæterò situm *Sulpicio portu* tribuit Ptolemæus inter Cedrim & Sæprum amneis; propius tamen hunc. igitur ad promontorium fuit, quod Luquidonensem & Scarcapitanum sinus distingvit:

Σελπίκιος κάμην, *S V A L E V S v i c u s* (modò incorruptum id sit vocabulum) ponitur *S V A L E V S* Ptolemæo medio situ inter Sæprum amnem & Caralitanum sinum, is fuerit fortè eo *vicus*.

30 loco ubi *Fanum divi Petri* visitur.

FERRARIAE Antonini, xx millia à Scarcapo, xiiii à Carali dissitæ, an rudera vel **opidum**. nomen adhuc exstat, equidem nescio. promontorium tamen id nomen traxisse videtur, quod vulgò nunc *Capo Ferrato*, & *Capo di Carbonara* vocari dixi. Neque *VINIOLI*, sive *VINEOLAE*, inter *Fanum Canisi* & *Sulpicium portum*, nec *COCHLEARIA* inter *Vlbiam* & *Luquidohensem* portum, quibus locis fuerint, liquet.

Reliquum hinc Sardiniae latus, quod septentrionibus ac Corsica insulæ abendiatur, ita describit Ptolemæus: *Κολυμβάριον αὔρον*, *Αἴριον αὔρον*. *Βορεῖος πλευρῆς περιγέγον*. *Εἴριεάνθον αὔρον*, *Πλεύσιον πόλις*, *Ιγλιολα πόλις*, *Τιγλα πόλις*, *Πύργος Βιοστών* πόλις. Id est: *40 Columbarium* promontorium, *Vrsi* promontorium. *Septentrionalis lateris descriptio*: *Erebantium* promontorium, *Plubium* opidum, *Iuliola* opidum, *Tibula* opidum, *Turris Bifonis* opidum.

Ex his *Aἴριον αὔρον*, *V R S I* promontorium, hodièque antiquum nomen obtinet, *V R S I* promontorium. vulgò *Capo dell' Orso* dictum.

Prope *Vrsi* promontorium collocat Ptolemæus *τὸ Εἴριεάνθον αὔρον*, *ΕΡΕΒΑΝ*-*ΕΡΕΒΑΝΤΙ* *V R S I* promontorium: proximumque facit Corsica insulæ. Ex hoc situ id esse collitur, quod vulgò nunc dicitur *Capo della Testa*, & *Capo di S. Reparata*.

Πλεύσιον πόλις, *PLVBIVM* opidum quum protinus Erebanito promontorio versus austrum Ptolemæus subjiciat, eudem locum censeo esse, qui nunc dicitur *S. Reparata*. opidum. *Πύργος Βιοστών*. *Turris Bifonis*, in Vaticano exemplari legitur *Πύργος Αἰρίσσων*, *TURRIS LIBISSONIS*. & ita ferè apud Plinium lib. iii cap. vii: *Colonia una, que vocatur Ad Turrim Libissonis*. Eius ruine etiamnunc contra suprà memoratas Herculis urbs. insulas & Gorditanum promontorium exstant, sub nomine vulgari *Porto di Torre*; id est, *Portus Turris*.

Inter Plubium & Libissonis turrim Ptolemæo in eodem litore referuntur *Τιγλα* *TIBVLA* & *TIBVLA*, & *Ιγλιολα* *IVLIOLA*; hæc prope Plubium, illà versus Libissonis turrim. *Ti-* *IVLIOLA*, *bula* igitur fuerit opidum, quod nunc vulgò dicitur *Castro Aragonese*; *Iuliola* fortè *Ca-* *opida*, *stro di Doria*. Celebrem fuisse *Tibulam* locum, & quòd ex Corsicâ trajicientes adpulerint,

rint, patet ex Antonini Itinerario: ubi omnia ferè per insulam itinera ab eo opido incipiunt. illic autem plurali numero vocatur TIBULAE.

Hactenus itaque loca maritima exposita sunt. In mediterraneis pauca antiquis scriptoribus memorantur.

Apud Pausaniam, dicto loco in Phocicis, ita scriptum est: Τῆς δὲ νήσου τὰ ταῦτα
τῆς αὔγετος οὐκ ἡπέρος τῆς καθεὶται Καλίας, εἰνι ὅρη δύσκαλα τὰ πέρατα συνάπτοντα αἱλόδοις, καὶ λιώσις
τοῦ περιβόλου, ναυσὶ τε ἐφιεστα περέχεται καθεὶται τὸν ή νῆσον. πολύμελη τε ἀτακτηταὶ οἰκηταὶ τῶν ἑρεμῶν
τῶν ἑρεμῶν τῶν τῶν θάλασσας. Id est: Ea insula pars quae ad septentriones & Italiae continentem est conversa, in monteis consurgit invios, extremisque oris contiguos; adnaviganteis vero opportunis accipit stationibus. ē proximis montium jugis prævalidi & incerti loventorum status in mare irraunt. Hæc juga τὰ Μαινόδεντα ἔχει adpellantur Ptolemæo, id est, ut Latini vocabant, INSANI montes. Florus, suprà dicto lib. 11 cap. vii: Sardiniam Gracchus arripuit. Nihil illi gentium feritas Insanorumque (nam sic vocantur) immanitas montium profuere. Claudianus, de Bello Gildonico:

— Quæ pars vicinior Afris,
Plana solo, ratis clemens: que respicit Arcton
Immitis, scopulosa, procax, subitisque sonora
Fluctibus: Insanos infamat navita monteis.
Hinc hominum pecudumque lues, hinc pestifer aëris
Sevit, & exclusis regnant Aquilonibus Austris.

Opida in mediterraneis hæc refert Ptolomæus: Πόλεις δὲ εἰσι μεσόγειοι, Εὐκρίνον, Ηράῖον,
Τυροδίς πελάγα, Βάσια, Μακέλιον. ὁφέλεια ητον. Τυροδίς νέα, Σαργίλατος, Κέρνον, Τύδατα Τυλεάνα, Τύδατα Λητείανα; Δήσια, Τύδατα Νεαπολίτεα, Ουαλερία πόλις. Id est:
Opida mediterranea sunt. Ericinum, Herœum, Gurulis vetus, Bosia, Macopissā: sub quibus sunt
Insani montes. Gurulis nova, Saralapis, Cornus, Aqme Hyppitanæ, Aque Lestitana, Lesa, Aque
Neapolitanæ, Valeria opidum. Falsum quum sit, quod Bosam ait esse supra Insanos monteis, de reliquis istis, Ericino, Herœo, Guruli veteri, & Macopissā, nescio quid credere li-
ceat. fuisse tamen in septentrionali quoque insula parte opida, patet ex iis quæ in
litore indicavimus. Apud Antoninum iter legitur tale:

A Portu Tibulas Caralis;	30
Turbo Minore	XIIII.
Elephantaria	XV.
Longones	XIII.
Vibia	XXVIII.

Summa omnium intervallorum est millium LXVIII; quæ intervallo inter Tibulas
sive Castrum Aragonense & Olbiam satis convenient. sed quo situ singula ista loca
fuerint, planè non liquet.

Τερψίδης πελάγος, GVRVLIS vetus ex antiquissimis fuit insulæ opidis: ut quod sub idem
cum Olbiâ tempus conditum fertur. Pausanias, loco suprà scripto in Phocicis: Τερψί-
δη μοιειτολότε Θεσπίων τε καὶ εἰ τῆς Αἴγαρις εραῖα κατέπειται Σαρδῶν. η ολίγα πολιτεί-
αζονται. idia δὲ Ορεύλων οι Αἴγαριοι, Αξελονται τῶν διμεων τῶν οἰνού λινάς τον ονομα. η καὶ αὐ-
τὸς τοδε σέλη μετεπέχειν τον ονομα. Id est: Quartæ advenarum manus Iolao duce in Sardiniam per-
venit è Thessiensi & Atticâ terrâ. Hi Olbiam urbem condiderunt. seorsim vero Athenienses O-
gryllen, servato tribuum cuiusdam nomine; vel, quod colonie deducenda particeps fuerit Gryllus.
Omnino ego heic pro mendosa voce ογρύλων restituo genuinam ορεύλων, Corryllen.
ea quidpe confinis est isti τριπάλαι. Ptolomæus, ut alia innumera, sic huius etiam opidi
nomen Latino scripsit modo Γερύλις, Gurnlis. Et tribum Athenis fuisse illo vocabu-
lo, colligere datur ex istis Svidæ: Γερύλιν, δεσμωτήριον ιώνειον, η δόπο δίμετρον Αἴγαρις κα-
κοπεράγων. Id est: Gorgyne; carcer subterraneus; vel ab Atticâ populo, improbe seſe gerente.
Interpres Pausaniae Latinus quum ita vertisset, Hi Olbiam munierunt, Orygllen etiam
dictam, vel translatio ab aliquâ de Atticis curiis nomine, vel quod unus de classis duabus
Gryllus fuerit: Ortelius, fidem illi habens, idem Thesauro suo geographicò è Pausa-
niâ adseruit. Sed Ortelio meritò ignosci debet: quandoquidem is lingvæ Grecae
planè ignorans fuit. Illos duos qui Ptolemæi geographicâ cum tabulis nobilissimi
geographi Gerardi Mercatoris proximè ediderunt, æquipollentiaque vocabula
ex aliis auctoribus, magnâ, ut ipsi aiunt, curâ collectâ, addiderunt, quis satis excu-
sabit idem adſirmanteis? Sed ita sanè fit, ubi alienos labores compilamus; & ex
aliorum

aliorum diligentia laudem nostro nomini atque famam struere contenti sumus; ipsorum auctorum lectione neglecta. Sed, inquies: Ego posterior tantum edidi. Sic video. nec culpo: nisi, quod eorum nomina titulo operis expunxeris, quorum illusterrimos labores edidisti. Hoc certe non tantum latrocinari est; sed & aperte, sed & impudenter. Te, studiose geographicorum librorum lector, moneo, ne aliam in illis ad Ptolemæum vocabulis recentioribus & antiquis & equipollentibus quereras vel expectes curam, quam quæ ab Ortelio in Thesauro geographicco reliqua est. de suo istos editores vel nihil vel parum admodum addidisse credas. Ceterum ruinas Gurulis opidi adhuc in Sardinia monstrari aiunt, circa Algerium opidum, versus Olbiam. atque eâ regione locatur à Ptolemæo contra Nymphæum portum. Apud Antoninum iter describitur huiusmodi:

A Tibulas Sulcis M. P. CC LX; sic:

Viniolis	XII.
Eruio	XXIIII.
Ad Herculem	XXII.
Ad Turrem	XVIII.
Nare	XVII.
Carbia	XVI.
Bosa	XXV.
Cornos	XVIII.
Tharrhos	XVIII.
Othoca	XII.
Neapolis	XVIII.
Metalla	XXX.
Sulcis	XXX.

20

Haud procul ab litore actum fuisse hoc iter, patet ex commemoratione Bosa, Tarri, Osæ, Neapolis, & Metallorum: quæ opida supra explicuimus. Numeri universorum intervallorum in unum collecti licet respondeant CC LX millibus in capite prescripsiis; tamen & hic numerus & plerorumque spaciiorum corrupta sint necesse est, quando universa insula longitude ab Erebantio promontorio ad Sulcos usque CLXX tantum occupat millia. A Tibulis ad Bosam I X circiter numerantur millia. at in isto Itinerario millia eo intervallo sunt CXXXIIII. Quapropter libens eorum accesserim sententiæ, qui locum istum Ad Turrem cumdem esse putant, qui Plinio ac Ptolemæo dicitur Turris Libissonis. Inter hanc & Tibulas fuerit illud HERCVLIS five templum five simulacrum, seu statua. Nara, five Nora, quum una tantum memoretur in universâ Sardinia, de qua mox dicemus; corruptum istud esse in præscripto itinere vocabulum, meritò quis suspicetur. Ego verò censeo scriptum fuisse Gurule. nec numerus millium XVII ab intervallo, quod est inter Turris Libissonis & Gurulis ruinas multum discrepat. CARBIA quo situ fuëtit, planè non liquet:

Kérymæ, CORNVS opidum, caput Pellitorum Sardorum, mémoratus, præter Ptolemæum atque Antoninum, Livio quoque, loco suprà scripto. Eius nominis memoriai putant existere in loco, qui vulgo nunc vocatur Corneto. nec situs planè abhorret.

Aliud iter apud Antoninum consignatum est tale:

A Tibulas Caralis. M. P. CCXIII, sic:

Gemmellus	XXV.
Lugudonec	XXV.
Hasta	XXIIII.
Malaria	XXIIII.
Ad Medias	XII.
Foro Traiani	XV.
Othoca	XVI.
Aquis Neapolitanis	XXXVI.
Caralis.	XXXVI.

Tt 3

Hoc

Hoc iter plurimā ex parte per medium insulæ actum fuisse, patet inde, quod alia illa duo per maritimam utrimque oram protensa sunt. Credo, per vallem fluminis, quod apud Castrum Dorie effunditur, id adscendisse, ad regionem usque inter Olbiā & Algerium sitam: hinc verò in Thyrsi amnis vallem descendisse, ad loca Osæ propinqua. Et est à sinistrâ Thyrsi ripâ, in medio totius insulæ, locus ille Loconi, eodem nomine cum proximo portu, quem Luquidonensem esse ostendi. illud igitur in mediterraneis Loconi ex situ & vocabuli detorti similitudine deprehenditur esse antiquum opidum L V Q V I D O, sive, ut Ptolemæo inde sunt opidani Λουκιδονεῖς Λουκιδῶν L V Q V I D O.

Reliqua ista loca, *Gemelle, Hafsa, Molaria, Ad Medias, Forum Traiani*, ubi fuerint, minimè patet. *Hafsa* verò omnino corruptum videtur esse vocabulum.

A Q V A E
calidae.

L E S A op-
idum.

V A L E R I A

N O R A urbi.

A Q V A E N E A P O L I T A N A E Ptolemæo etiam memorantur, &, præterhas, eidem A Q V A E H Y P S I T A N A E & A Q V A E L E S I T A N A E. De aquis calidis Sardiniae ita tradit Sigismundus Arquerius Caralitanus, in descriptione huic insulæ: *Sunt quoque in Sardinia balnea multa salubrium & calidorum fontium; tametsi incole ea non carent, quo factum est, ut omnia conciderint; & vix vestigia quedam supersint. Pulcherrima balnea, eaque neglecta, jacent inter castrum Montis regalis & opidum S. Gavini.* In Ptolemæi tabulâ *Aqua Hypsistane* ponuntur circa medium latus occidentale. infra has, proprius tamen orientale latus, inter Sæpri amnis ostium & Susaleum vicum, *Lesitanæ*: & ab his versus meridiem, ad xii ferè millia passuum, ipsum opidum L E S A. & tandem infra hoc xxv circiter millibus passuum inter Neapolim & Caralim, proprius tamen hanc, *Aqua Neapolitanæ*. quarum equidem positio satis rectè conveniret Aquis illis calidis inter Montem regalem & S. Gavini opidum; ni heic fuisse eas duas rationes negarent. primū, minus credibile est, fineis Neapolitani agri, ut civitatis obscurioris ac minus celebris, eò usque extensos fuisse: utique quum *Ysellitana Colonia* tam prope Neapolim versus Caralim sita esset. tum millia inter Caralim & dictas Aquas inter Montem regalem ac S. Gavimum sunt xxv tantum: quum in præscripto Antonini itinere sint x x x vi. ex quo adpareret, proprius ipsam Neapolim, unde & nomen habuere, eas fuisse. Quo situ fuerint, ut & alteræ illæ *Hypsistane*, viderint incolæ antiquitatum patriarchum studiosi. Ego illas inter Montem regalem & S. Gavimum censuerim esse *Lesitanas*; ipsumque fortè Gauinum *Lesam*.

Cæterum Ptolemæo, ut suprà citavimus, *opidum* in extremis versus meridiem partibus est Οὐαλερία, V A L E R I A. at eidem in iisdem oris recensentur populi Οὐαλετία opidum. τίοι. V A L E N T I N I. Εἶπε Σκαπτανὸς, inquit, καὶ Σωκλύσιος, ὡφὲ οὐς Νεαπόλιτην καὶ Οὐαλετίην, καὶ μετημένωντος Σολινιτῶν. Id est: Dein Scapitani & Siculenses: sub quibus sunt Neapolitani ac Valentini, & maximè meridionales Sulcianoi. At Valentia nomen hodièque exstaret inter Thyrsum flumen & Sæpri amnis fonteis, unde mihi haud levis nec vana fortè suspicio, scripsisse ipsum Ptolemæum Οὐαλερία, V A L E N T I A: unde V A L E N T I N I sunt *opidam* Plinio, lib. 111 cap. VII. Illi suprà dicti Ptolemæi editores nimis oscitarer nescio quò mentem intenderunt, dum *Valeriam* istam allis *Aleriam* vocari, nunc verò vulgo *Leriam* dici, scriperint. quod de Corsicæ urbe *Aleria* in Thesauro suo adnotaverat Ortelius.

A Sulcis Nura M. P. LXIX, sic: *A Cavalis Nura* M. P. XXII.

Tegula	XXXIIII.
Nura	XXXV.

Hæc procul dextrâ Sæpri amnis ripâ & opido, cui vulgare vocabulum *Servi*, locus est, vulgo *Nora* dictus. is ipsus ex præscriptis duobus itineribus deprehenditur esse antiquum illud opidum *Nora*. Huius antiquitas summa fuit, & omnium totius insulæ prima; ut suprà ē Pausaniæ & Solino intellectum. Stephani epitomator sic habet: Νᾶρα, πόλις ἐν Σαρδοῖ τῇ νήσῳ τῷ διθυμῷ Ναεγάρος, οἰς Ναλαρίς. Id est: *Nora*, urbs in Sardinia insulâ. *Gentilium inde NORANVS; ut Nolamus.* At Plinio, lib. 111 cap. V 11,

vii, sunt opidani NORENSES. Opidorum, inquit, xiii: Sulcitani, Valentini, Neapolitani, Bosenses, Caralitani civium Romanorum, & Norense.

TEGVL A opidum quo loco fuerit, minus exploratum habeo. nec id satis liquet, fueritne opidum, an aliud cuiusdam conditionis locus.

Porro iter apud Antoninum describitur tale:

*Alio itinere ab Vibia Caralis
M. P. CLXIII, sic:*

Caput Tyrse	XL.
Sorabile	XLVI.
Biora	XLVII.
Caralis	XLII.

IO

Per mediterranea hoc quoque actum fuisse iter, patet ex commemoratione fontis sive capituli Thysianis. Totius insulae longitudo quum cxx millia passuum vix excedat; corruptos esse numeros, manifestum est: eoque dispectu difficile, quænam ista & quo situ fuerit BIORA. Cæterò, quod heic opidum SORABILIS dicitur, idem esse viris doctis videtur, quod Ptolemaeo in mediterraneo sub Insulis montibus vocatur Σαραλαπις SARALAPIS. nec situs abhorret. per Thysianum quidem vallem & maximè mediterranea insulae loca ductum fuisse iter, ex Thysianis capitis mentione claret adparet.

20

Inter Saralapin & Cornum Ptolemaeo ponitur Τερελις νέα, GVRVLIS NOVA, opidum, id quo situ fuerit incolis dispiciendum relinquimus. qui, si forte ad hancenam dictorum etiam quædam minus recte collimaverim, æqui bonique ignoverint; mearumque curarum imperfectionem seduli expleant. Maiorem me antiquitatibus huius insulae præstissime lucem, quam quisquam hancenam alias, facile fabebuntur.

CAP. II.

30

De Corsica insula.

Vicina Sardinia est ab septemtrionibus CORSICA INSULA; Græcis κύρνος CYRNOΣ dicta. Plinius, lib. iiii cap. vi: In Liquido mari est Corsica, quam Græci Cyrrnon adpellavere. Diodorus lib. v: Μέση δὲ τὴν Αἰγαίων νῆσος ἐστιν απέκτου μηδὲ τεττάς ὡς τὸ σεῖσας, οὐμάζεται δὲ τὸ πλῆθος τῶν Εὐρωπῶν Κύρνος, ἢ τὸ εὐχωρέων Κέρσινα. Id est: Ab Aethalita ccc stadia remota est insula, qua Græci Cyrrnos, Romanis & indigenis Corsica vocatur. Dionysius in περιηγήσει.

40

Σαρδὼ τὸ δέσμην, ηγή ἀπέιει δὲ εἰν αλι; Κύρνος.
Ηγέτε τε Κερσίδα Φώτες Πτηνόδονος καλέσονται.
Τὴν δὲ αμφιλαφῆς έτις ποσούς οστον ἔκεινη.

Hoc est:

Sardinia latissima, & immensa in mari Cyrrnos;
Quam Corsica viri indigenæ adpellant.

50

Nemoribus autem abundans nulla adeo, ut illa. Stephani epitomator: Κύρνος, νῆσος περὶ Κυρναίου λαπήσιος. Εὐαγγεῖος Εὐρώπη. τὸ εἴθινον Κύρνον καὶ Κυρναῖον. Φασὶ δὲ τὸν Κυρναῖον πληυρονικότερον εἶναι (εἰκέστι εὖτοι τὸν Σαρδανία) μηδὲν μέλιται τετράδες. πλεῖστον δὲ ποτὲ γίγνεται περὶ αυτοῖς. Omnino verba, quæ parenthesi inclusi, transposita esse ab exscriptore vel ipso epitomatore existimo. Sensus igitur corum hic est: Cyrrnus, insula Iapygiae ad Boream vergens; auctore Hecateo, in Europā. Gentilitium inde est Cyrrnei. Habitant autem hi circa Sardiniam. Aiunt vero Cyrrneos maximè longos eos esse, quod semper melle vescuntur: cuius ingens apud eos gignitur copia. Iapygia vocabulum unde habuerit, vel quid eo intellexerit Hecatæus, haud equidem video. cæterum Corsicam illum voluisse, patet ex Sardinia simul & mellis commemoratione, de quo post dicam. Idem Stephani epitomator anteā: Κορσίς, νῆσος ἐν τῷ τυρρηνικῷ πελαγίδι, δυτὶ Κέρσοντος διάληξ βενελάς. λέγεται καὶ Κορσική. τὸ εἴθινον, Κόρσι. Id est: Corsis, insula in Tyrrheno pelago, à Corsi, bubuli servâ, sic dicta. Vocatur eadem & Corsica.

sica. Gentilitium est, CORSI. Apud Procopium, Gothicar. rer. lib. 11.1 sibi scriptum id vocabulum est Κύρσική, Cursica. Eustathius ad præscripta Dionysii verba sic commentatur: Τοπονυμία δὲ πληγεσσαῖς εἰς Κύρνοις. τὸ δὲ Κύρνον οὐκ Κορσίδα, φησί, καλέσιν, η κατά θάνατον ανθεγάφων Κορσίδος. Εἰς μὲν ἄλλοι φασί, Κορσίς καλέσιν δόπο Κέροντο γιαννήν· λέγουν ψάρον δὲ τῷ Τυρσίν ικανόν πλάγια Κορσίδα δόπο Κέροντο, δύλης Βανέλας. οὐ δὲ οὐδὲ διενίστη Βαλετηγή, Κορσίς λέγουν διὰ τας εἰς αὐτήν καροσι, οὐ εἰς καρυφας τῶν ὁρέων. Λεγετο τῇ οὐλῇ, φησί, αμφιλαφής, οὐ εἰς δασεῖα, οὐδὲ πόση δασονεκτινή. Id est: Cyrni maximè longevi gse traduntur. Cyrnon autem, inquit, etiam Corsida vocant, sive Corsicam; ut quedam exemplaria habent. Et, ut alii aiunt, Corsis vocatur à Corsâ, muliere quadam. Fertur enim, insulam esse in Tyrrhenio pelago Corsida ab Corsâ dictam, bubulci servâ. Ut verò ipse vult Dionysius, Corsis dicta est¹⁰ à corsis qui in eâ sunt, id est, à montium vorticibus. est enim memoribus, inquit, abundans, id est, densa, nulla alia ita, ut illa. Isidorus, Origin. lib. xiii cap. vi: Corsica insule exordium incola Ligures dederunt, appellantes eam ex nomine ducis. nam quædam Corsa nomine Ligus mulier, quem taurum ex grege, quem prope litora regebat, transnatare solitum, atque per intervalla corpore aucto remeare videret; cupiens scire incognita sibi fabula, taurum à ceteris digrediemēt usque ad insulam navigio prosequuta est, cuius regressu insula fertilitatem cognoscentes Ligures, ratibus ibi profecti sunt; eamque nomine mulieris auctoris & ducis adpellaverunt. Hac autem insula Græcè Κύρνη dicitur à Cyrno, Herculis filio, habitata. Servius, in Virgilii Eclogam v 111: Taxus venenata arbor est; que abundat in Corsicâ. hec autem insula Græcè Cyrene dicitur, à Cyrno, Herculis filio. Solinus, cap. viii: Corsicam plurimi in dicendo latius circumvecti, plenissimā narrandi absolverunt diligentia: nihilque omissum, quod retractari non sit supervacuum: ut exordium incolis Ligures dederint; ut apida ibi exstructa sint; ut colonias ibi deduxerint Marius & Sulla; ut ipsam Ligustici sinus aquor adiuuat. Illud sanè de tauro & Ligure muliere Corsâ satis fabulosum, quum 1. x millium passuum mare inter insulam & proximam circa Vada Volaterrana seu Populonium promontorium continentem intercedat. quod rectè etiam à Plinio adnotatum dicto lib. 111 cap. v 1. Abeat, inquit, à Vadi Volaterranis 1. x 11 millia passuum. Alii certè auctores non Ligures primos eius fecerunt cultores; sed eiusdem cum Sardis generis Afros. in quibus Pausanias, in Phocicis ita scribit: Εἴ δὲ νῆσος, εἰ μὲν ἀπίκεται τὸ Σαρδεῖον, Κύρνη τὸ Μέλισσα, τὸ δὲ Λιβύων τὸ οἰνομέντων καλεσθήτη Κορσίκη. Id est: Haud longè ab Sardinia distans insula à Græcis Cyprus ab indigenis Afris Corsica nuncupatur. Ex lingvæ ac sermonis specie Ligustici generis esse an prisci illi animadverterint mortales, equidem ignoro. Græca vox Κύρνη haud dubiè ex indigenarum vocabulo Κορσίκη desumpta est; quando prima in utroque syllaba κυρ & κορ ferè eadem est. Sic Lycophron, in Alexandrâ, eamdem syllabam per E scripsit, in his versibus:

Οἱ δὲ αὐτοὶ Πελασγῶν αἴματι Μεμβλητοὶ ποιεῦσι
Νῆσον τε Κερνεάτην, ἐκπεπλωτες
Τὸν πέρι πόρον Τυρσιωνὸν, οὐ λαμπάντας
Δίγαστον οἰκήσεσθαι Λευκανῶν πλάκας.

Hoc est:

Alii rursum Pelasgi circa Membletis vada
Et insulam Cerneatim, enavigantes
Ultra mare Tyrrhenorum, in Lametius
Vorticibus Lucanorum tenebunt arva.

Ad hæc ita commentator eius Iacius Tzetzes: Κερνεάτην τὸ Κέρνη νῆσον, τοῦ Σιγαρού αὐτοῦ πεπλωτή, Κερνεάτης εἶπεν. Id est: Cerneatin. Cerni insulam, derivativum pro primitivo, Cerneatin dixit. Ceterò Seneca, exsul quomdam in hac insulâ, etiam Hispanicum genus in eâ agnovit. sic enim in Consolatione ad Helviam matrem cap. viii scribit: Transiebunt & Hispani. quod ex similitudine ritus adpareat. eadem enim regumenta capitum, idemq. genus calceamenti, quod Cantabri est: & verba quedam. non totus sermo conuersatione⁵⁰ Græcorum Ligurumq. à patro desirivit. Herculis autem filium fabulosa fecit Græcia Cyrnum cādem ratione, ut & Sardum, à quo Sardinia adpellata fuit: ut superiore capite ostensum. Nempe in dispersione gentium, quæ facta olim est ad urbem Babylonem, à duotoribus cum ipsa gentes, quas ducebant, tūm terræ, quas occupabant, nomina accepere. ipsi verò duces alius dei alii postea habitu fuisse filii; quum cuncta illa deorum varia numina atque nomina ad unum verum æternumque Deum, rerum omnium simulque primi hominis Adami conditorem, pertine-

rent;

rent. Hinc ab eiusmodi duce quodam Corsō & ipsa gens C O R S I & insula COR-
S I C A dicta fuisse videtur. Gens ipsa cum duce ex Africā per Sardiniam primum
advenerit, an ex Liguriā, incertum est. Posterioribus temporibus Græci Phocen-
ses ex Ioniā coloniam in Corsicam deduxerūt Aleriam, Cyro Persis imperante, circa
Olympiadēm L V I, & annum ante Iesum natum 10 L. ut postea fuius in exposi-
tionē Aleria urbis patebit. Hos paulo pōst ejecerunt Tyrrheni: teste Herodotus,
quem infrā videbimus. Hinc ita Diodorus, dicto lib. v: τὸν πάρχεσθαι ἐν αὐτῇ νῆσῳ πό-
λεις αἰγαίοις δύο· καὶ τέταρτη οὐδὲ Καλαζα, οὐδὲ Νίκαια τεταρτησσαντες, τέταρτη δὲ τὴν οὐδὲ Καλα-
ζαν Φωκαῖς εἴλιοις· καὶ χειρὸν θύρα καπικησσαντες, τέταρτη Τυρρελών εἰξεβλήθησαν εἰς τὴν νῆσον· τὴν
10 δὲ Νίκαιαν εἴλιον Τυρρελών ιδιαστερεσσαντες, καὶ ταῦς κατὰ τὴν Τυρρελίαν κερδάσας νῆσος ιδιο-
ποιερόν. Πάλι δὲ θύρας ζέρονται εἰς τὴν Κύρων πλευραν καρδιοντες, ἐλαύανον τελέσθαι εἰς οὐρανον
φέρει. Id est: Dua in eâ sunt urbes insignes, Calaris & Nicaea. Calarim Phocenses condi-
dere. quumque ad tempus insulam inhabitassent, à Thyrenis fuerunt ejecti. Nicaeam Tyrrhe-
ni fundarunt, quum mari portarentur; & vicinas Tyrrheni insulas suæ ditioni vindicassent.
Quum itaque ad aliquod tempus Corsica urbis in potestate suâ haberent, tributa ab incolis ei-
getant. Αλαζανον scribendum esse, pōst patebit. Anno M I I I Olympiadis LXXXI,
Lyficrate Athenis summum gerente magistratum, subjectam eorum imperio fuisse
insulam, auctor est idem Diodorus lib. xi. Post hæc in Carthaginensium, una
cum proximâ Sardinâ, fuit potestate; donec bello Punico primo à Romanis
20 ambæ occupatae sunt. Sed de nomine Corsicæ variisque eius incolis haec tenus fa-
tis. De situ ac magnitudine eius ita tradit Mela lib. i i cap. viii: Dua grandes, si-
toque diuisa Hetrusco: quarum Corsica, litoris propior, inter latera temuis & longa, preterquam
ubi Aleria & Mariana colonia sunt, à Barbaris colitur. Strabo lib. vi: μῆκος τῆς Κύρων
Φονοῦ Χαροπαῖς φέρεται μίλια εἴκοσι, πλάτος δέ οὐ πάλις δε τέλεμος τοῦ μεταξὺ καὶ
Διγρασσίου εὐδίας. Id est: Longitudinem Corsice tradit Chorographus passuum millia c. l x,
latitudinem lxx. Alii verò circuitum eius aiunt esse stadiorum mille ducentum. Id est
millium passuum c l. Sed hoc apertum arguit mendum. Ego igitur lego: τελέμος τετρακισιδεκάτης καὶ Διγρασσίου εὐδίας. Id est: Circuitus traditur stadiorum ter mille
ducentum. hoc est millium passuum cccc. Plinius; dicto lib. iii cap. vi: In Ligustico
30 mari est Corsica; quam Græci Cyrnon adpellavere; sed Tuscus [adde è Melâ, litoris] propior; à se-
premitriene in meridiem projecta: longa passuum c l millia; lata, maiore ex parte, quinqua-
ginta: circuitu cccxxii m. Abest à Vadis Volateranis lxii millia passuum. Et fine capit is:
Extra conspectum pelagus Africum attinges, est Sardinia, minus novem millibus passuum à Cor-
sicæ extremis: etiamnum angustias eas arctantibus insulis parvis, que Cunicularia adpellantur,
item que Phintonis & Fosse: à quibus fretum ipsum Taphros nominatur. Et Plinii epitomator,
Martianus Capella, lib. vi: In Ligustico mari est Corsica; quam Græci Cyrnon adpellavere;
longa centum quinquaginta millibus passuum; lata quinquaginta. circuitus eius omnis distendi-
tur millibus trecentis viginti quinque. Et postea, loco haec tenus in vulgatis exempla-
ribus miserè ac feedè discribo: Et jam Africum mare spectans à Corsicâ in octavo [millia-
40 ria] Sardinia est. in quo angusto freto sunt parva insule, que Cunicularia perhibentur: item
Phintoni & Fosse. Orosius, lib. i cap. ii: Corsica insula multis promontoriis angulosa est.
tenet autem in longo millia passuum centum sexaginta, in lato millia viginti sex. Isidorus
dicto lib. x i i i cap. vi: Dividitur à Sardinia xx millium freto; cincta Ligustici equo-
rū simili, ad prospectum Italie. Est autem multis promontoriis angulosa. Ptolemaeus longitudi-
nem eius fecit' millium passuum cxxx; latitudinem lxx. Hodie nescitur esse
longa millia cxx; lata l. Crebra admodum atque extensa angustaque promonto-
ria quum in mare emitat; circuitus eius observatu paulo difficilior est. at circum
extrema promontoria si mensuram agas; c c circiter & lxxx millia invenias.
Ceterum magnitudine tertia habita est omnium interni maris. Auctor libri de
50 Mundo, qui Aristoteli adscribitur: Φαρεγαὶ ἢ ἡμῖν καὶ εὐτὸς εἰσὶν νῆσοι αἰγαίοις, Σικελία,
Ἐσαρδὼ, καὶ Κύρων, καὶ Κρήτη, Εὐσοία, Κύπρος, καὶ Λίσσος. Id est: Nota nobis & in
interno mari insula sunt insignes, Sicilia, Sardinia, Corsica, Creta, Eubaea, Cyprus & Lebus.
Alexius comicus, apud Constantiūm imperatorem, in Themat. imperii oriental.
lib. ii. themate Sicilia, & apud Eustathium in Dionysii Περὶ γῆς.

Τῶν εἰλατινῶν, καὶ ἰδεῖσθαι Φύσις
Οντοῖς μεγίστας, Σικελία ὡραῖα, οὐ λόγος,
πρώτη μεγάλη, δεύτερη Σαρδὼ, τρίτη

Kύρων

Κύρη^Θ, περιπη^τ, δι^η Διός Κρήτη τροφὸς,
Εὐσοία πέμπη στεφάνης, ἐκτη Κύπρ^Θ,
Λέσβ^Θ. δὲ Κύπριν ἐχάτιν λαχεῖσ^τ εχι^τ

Hoc est:

In septem insulis, quas indicavit natura
Mortalibus maximas, Sicilia, ut fama fertur,
Prima est magna; secunda Sardinia; tertia
Corsica; quarta Iovis nutrix Creta;
Quinta Eubaea angusta; sexta Cyprus;
At Lefbus ordinem sortita est septimum.

Strabo lib. 11: de iisdem interni maris insulis loquens: Νῆσοι δι' εἰσὶν ἔσθι μὲν τῇ περιγραφῇ τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει τῆς Λιγυσικῆς συχναῖ, μέγισται δὲ Σαρδὼ καὶ Κύρη^Θ, μετὰ γε Σικελίαν· αὐτὴν δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν παθῶν ημᾶς εἰσι μερίσιν. Id est: Insula eius in orā quidem Tyrrheni maris ad Liguriam usque sunt frequentes: inter quas Sardinia & Corsica sunt maxima post Siciliam. hec quidē reliquarum nostrī maris est omnium maxima. At longè posteriori tamen loco eam ponit Scylax in Περιήλαῳ. Μερίσια Σαρδὼ, δε περ Σικελία, τετραήδη Κρήτη, περιπητη^τ Κύπρ^Θ, πέμπη Εὐσοία, ἐκτη Κύρη^Θ, ἑβδόμη Λέσβ^Θ. Hoc est: Maxima est Sardo; secunda Sicilia; tertia Creta; quarta Cyprus; quinta Eubaea; sexta Corsica; septima Lefbus. Sic ferē & Diodorus, lib. v: de Balearibus apud Hispaniam insulis loquens: Τέτων δὲ η μέγιστη μερίσια πασῶν εἰσι μετὰ ταῦτα εἶδον νῆσος, Σικελίαν, Σαρδὼ, Κύπρη^Θ, 20 Κέρτην, Εὐσοίαν, Κύρην, Λέσβον. Hoc est: Harum maior omnis magnitudine excedit post VII insulas, Siciliam, Sardiniam, Cyprum, Cretam, Eubaeam, Corsicam, Lefbum. Ac sanè Creta Sardiniam ferē exæquat: Cyprus etiam excedere videtur.

T A F R O S Cæterū de freto inter Sardiniam & Corsicam, quod à Fossis insulâ, ut auctor est sive Fossa, Plinius, τάφρ^Θ. **T A P H R O S** Græcis dicebatur, id est, F O S S A, sic tradit Zonaras, Annal. tom. II: Λάχι^Θ δὲ Σικιώνια θέτι Σαρδὼ καὶ Πλάτη Κύρου εἰσπάτεσσον. καὶ ταῦτα δέ εἰς τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει, οὐλίζον αἰλάλιαν ἀπέχουσαν, οὐς μίαν αὐτας περράσσων εἴσαι δοκεῖν. Hoc est: L. Scipio exercitum in Sardiniam & Corsicam duxit: quæ, in Tyrrheno mari sitæ, tam exiguo spatio inter se distant, uti ex longinquo una esse videantur. Pausanias in Phociciis: Τλω δὲ Κύρου σεδίς φασίν εἰς ταλάνους δεκά τῆς Σαρδὼς ή ὅκτα τῆς Ιταλίας διείχθει. Id est: 30 Corsicam aiunt VIIII hanc amplius stadia lato mari ab Sardinia submoveri. Hoc aperte vel fallum vel mendosum. rectius Strabo dicto lib. v: Κύρη^Θ ξ πως διέχει τῆς Σαρδὼς^Θ σεδίς. id est: Corsica LX circiter stadia ab Sardinia distat. Plinius Sardiniam ait abesse à Corsice extremis minus novem millibus passuum. epitomator eius Capella spaciū id facit VIIII milliarium. apud Isidorum leguntur XX: sed mendosè, pro IX, vel X. Pausanias fortè scripsérat ὡδόντος σεδίς, id est, LXXX stadia. quæ, more antiquorum VIII stadia in unum milliare computando, millia efficiunt x. Sunt autem re verâ inter extrema utriusque insulæ stadia L X; quæ habet Strabo; id est millia VIIII passus 15. Scylax id intervallum ita adnotavit: Α' ποδὸς δὲ Κύρου νῆσος εἰς Σαρδὼ νῆσον ωλος ιμερέγιος τείνων μέρος, καὶ νῆσος ἐρήμης εἰς τῷ μετέξει. Id est: Ab Corſi- 40 cā insulâ in insulam Sardiniam trajeccus est terita partis unius diei. insula vero in medio utriusque est deserta. Non una; sed plures. Plinius, loco præscripto: Sardinia minus novem millibus passuum à Corsice extremis; etiamnum angustias eas arctantibus insulis parvis, quæ Cunicularie adpellantur; item, quæ Phintonis & Fosse. Ptolemaeo, præter Hermadam & Herculis insulam, suprà à nobis explicatas, sunt à septentrionali Sardinia late- 50 re Φύτων^Θ νῆσος, Ιλοῦν^Θ νῆσος, Νυμφαία νῆσος. Id est: Phintonis insula, Ilva insula, & Nymphaea insula. Ex his prima ab oriente & Erebantio promontorio est Phintonis insula; altera post hanc Ilva; postrema & longius in altum pelagus projecta, Nymphaea. Sed Phintonis insula fuerit illa, quæ vulgari vocabulo nunc dicitur Insula di Figo; τάφρ^Θ, id est, Fossa, quæ nunc Isola Rossa. tertia ex 50 maioriis, & versùs occasum, erit Nymphaea. reliqua verò minores, seu & Cynicv. verius scopuli, erant Cynicvlariae. Ilva quomodo huc pertineat, quum eo nomine sit ad Italiam, nescio. Verum ego in Corsicam revertor.

fusa. De naturâ cœli solique Corsicæ sic habet vetus carmen:

Corsica Phocao tellus habitata colono;
Corsica, quæ Graio nomine Cyrus eras:
Corsica Sardinia brevior, porrectior Ilvā;
Corsica piscois per via fluminibus;

Corsicā

Corsica terribilis, quum primū incanduit astas;
Sævior, ostendit quum ferus ora Canis:
Parce relegatis; hoc est, jam parce solutis.
Vivorum cineri sit tua terra levis.

Et aliud:

Barbara præruptis inclusa est Corsica saxis;
Horrida, desertis undique vasta locis.
Non poma autumnus, segetes non educat astas;
Canaque Palladio munere bruma caret;
10 Vmbrarum nullo ver est letabili fætu,
Nullaque in infuso nascitur herba solo.
Non panis, non haustrus aquæ, non ultimus ignis:
Heic sola hec duo sunt, exsul & exsiliū.

Sic & Seneca, exsul in hac insulâ quum esset, in Consolatione ad Helviam matrem scripsit cap. vi: Quid tam nudum inveniri potest, quid tam abruptum undique, quam hoc saxon? quid ad copias ressidenti, jejunius? quid, ad homines, immanus? quid, ad ipsum loci sicutum, horridius? quid, ad cœli naturam, intemperantius? Plures tamen heic peregrini, quam cives, consistunt. Et cap. viii: Toties huius aridi & spinosi saxy mutatus est populus. 20 Item cap. viii: Atqui non est heic terra frugiferarum aut letarum arborum ferax, non magnis nec navigabilibus fluminib[us] alveis irrigatur, nihil gignit, quod aliæ gentes petant. vix ad tutelam incolentium fertilis, non pretiosus heic lapis cadit: non auri argenteique vena eruuntur. Strabo, dicto lib. i: Οἰνεῖται δὲ Φαύλως, τερχεῖται πάσαι, καὶ τοῖς αἰτεῖσις μέρεσι δίσβατος πλέων, ὡς πεταῖται πάσαι, καὶ σπόλης ληστραῖς ζάνθεται, αγριωτέρες εἰναὶ θηρέαν. ὅποτε γοῦν ὄρμησσιν οἱ τῶν Βαρβαρῶν σερπετοί, καὶ προσπεσσούσι τοῖς ἐρύμασι, πλὺν πλῆθος ἔλαστον τῶν αἰδροπόδων, ὃς τὸν ἐν τῇ Γαμῃ καὶ θυμαζεῖν, οὐσον ἐμφανεῖται τὸ θυράδες καὶ τὸ βοσκηματώδες ἐν αὐτοῖς, ηγέρεις όχι πανδύτος ζῆν, ή ζάνθεις ἀποθεται εἰς ἀναιδησία τὸς ανησυχήρας θητερόβιστον. οὐτοὶ καὶ περ τοῦχον κατεβάλλουσιν τούτοις αὐτοῖς, ὥμας μετέμελεν. Ήστι: Malè incolitur; aspera quum sit, ac plerisque locis planè invia. quo sit, uti, qui montana 30 incolunt, latrociniis vitam sustentantes, ipsis sint inimicissimæ bestiæ. Itaque, quum Romani duces in insulam incursionem faciunt; ac, munitio[n]es eorum adorti, magnum mancipiorum numerum adducunt: videre Rome cum admiratione licet, quantum in eis feritatis atque indolis planè sit belluinae. nam aut vitam fugiunt; aut impatiens ac stupiditate dominos obtundunt: ita, ut impense paeniteat, etiam si quis minimo emerit. Sed mitiora de his sensit Diodorus, dicto lib. v: Εἶπε δέ ίντος ζερνους τῶν εἰς τὴν Κύρια πλεων κυριότερες οἱ τυρόλοι, ἐλάμβανον ἀρχὰ τῶν εγκαράων Φόρες, ῥητίνος καὶ κηρύκης καὶ μέλι, Φυρόμητος τέτων δακτυλῶν εἰς τὴν νήσον. Τὰ δὲ αἰδρόποδα τὰ Κύρια Διαφέρεντα δοκεῖ τῶν αλλων δούλων εἰς τοὺς καὶ τὸν Βίον ξρέας, Φυοτῆς ποτης τῆς ιδίατος πλευραῖς. Ηδὶς ὅλη νῆσος ομηρίθεος εστι, πολλῶν τῆς κάρεως ὁρευτὸς ἔχει, πεπυκασμένων δρυμοῖς Σωκετοῖς, καὶ πλευρῶν Διαφέροντων μικροῖς. οἱ δὲ εγκαράροι τε φάσις μὲν κράντην γάλακτον καὶ μέλιταν καὶ κρέατι, δαψιλῶν πάντα παρεχομένης τῆς κάρεως. τὰ δὲ αἴσια δάκτυλα Βαστον Σπιτεῖνες εἰνίοτε, παρεπάντας ζερνούτες αλλας Βαρβάρος. τὸ πέρα καὶ τὸ δέσμενον εἰς τοὺς δεινοτερούς ορεούματα καὶ τὰ τῶν πεωτῶν διερκόντων εἰσι, μηδενὸς αἰματοβητοῦτος, περ τούτοις πολεμαῖσι τοις διελημμένοις, καὶ μηδεὶς Φυλάτης, σώζειν τοῖς κεκημένοις. εἴναι τοῖς αλλασ τοῖς εἰς Βιωτοὺς μέρους οἰκονομίας θεματῶν περιβάλλοντο τὸ δικαιοπεσμένον. Παραδεξόταν δὲ ἐπὶ πέρι αὐτοῖς τὸ γνόμονον καὶ τὰ τῶν τεκνῶν θρέψεις, ὅταν, μετὰ ἡγεμονία τοῦ, ποτης μὲν οὐδεμία γίνεται τοῦ πλοχείας Σπιτελεῖα. οἱ δὲ αὐτῆς αἰνιπτέσσων αἵ νοσῶν, λοχθέτη πεπλαζούσεσσι, ὡς οὐ σώματος αἰτοῦ κακοπαθοῦτος. Φύεται δὲ καὶ τὸν νῆσον ταύτην καὶ πόλης πλεύσης Διαφέρος, δὲ λιόντος μέλι, τὸ γνόμονον εἰν αὐτῇ, πινελῶν γίνεται πικρόν. Καταπιέσθαι δὲ αὐτῷ Βαρβάροι, τὸν Διάλεκτον ἔχοντες ἐξηλαγμένων εἰς δυσκατανότον. τὸν δὲ δισθυμὸν πατάρχεσσιν πάσῃ τοῖς τελεμυσάσι. Hoc est: Tyrrheni quum aliquamdiu Corsica urbes in potestate suâ haberent, tributa ab incolis exigebant, resinam, ceram, mel, quorum largus heic est proventus. Mancipia Corsica, singulari naturæ dono, servis aliis ad usum vite preferendi videntur. Insula universa ampla, magnâ sui parte monstrosa est, & frequentibus silvis opaca, parvisque fluminibus irrigua. Incole pro nutrimento utuntur lacte, melle, carnis. quæ regio heic affatim præbat omnia. Insæ inter se ac humanter, suprà quam omnes alioqui Barbari, vivunt. nam qui in montium arboribus inveniuntur favi, citra controversiam illorum sunt, qui primi invenerunt, ovesque certis distinc.t.e.

stincte notis, etiam nomine servante, heris suis manent. In reliqua etiam vita administratio
tione justè agendi normam, suo quisque loco, mirificè observant. Sed insolens atque novum
apud eos quammaxime est quod circa liberorum nativitatem accidit. quidpe mulieris enixa
nulla in puerperio cura geritur: sed maritus eius, veluti agrotans, atque corpus male ad-
fectum habens, puerpare vice per certos aliquot dies in lecto decumbit. Multum quoque buxi,
eiusque haud vulgaris, ibi nascitur. quæ causa est, cur mel prorsus amarum existat. Incolitur
insula à Barbaris; quorum alienus nec facilis intellectu sermo est. numerus hominum xxx
millia excedit. De melle ita Virgilius meminit in Ecloga viii:

Sic tua Cyreneas fugiant examina taxos.

Ad quæ ita Servius: *Taxus venenata arbor est; que abundat in Corsicâ. hæc autem insula
Græce Cyrene dicitur. unde fecit hanc derivationem, Cyreneas taxos; id est, Corsicanas:
quibus pastæ apes, mella amariſſima faciunt. Idem Ovidius intellexit, Amorum lib. i
eleg. xi, his versibus:*

Ite hinc difficiles, funebria ligna, tabellæ:

Tuque negaturis cera referta notis.

Quam, puto, de longe collectam flore cinctæ.

Melle sub infami Corsica misit apis.

Sed de naturâ cœli solique Corsicæ, item de genio ac moribus incolarum hactenus
satis. nunc singula eius loca, quæ ab antiquis adnotata sunt auctòribus, investi-²⁰
gemus. Sed hæc apud unum omnia extant Ptolemæum; exceptis Marianâ & A-
leria Rômanorum coloniis, quæ nonnullis aliis etiam memorantur.

Ptolemæus igitur latus insulæ occidentale ita describit: Καὶ ἡ ὑδρὶ περιλέγουση
τῆς τείγερφω ἔχει παντὸν δὲ τὸ μέσον τῆς βορείας πλάνης. Οὐδέποτε πλέμον ἐκβο-
λαῖ, Καισιας αἰγαλὸς, Τιλοξ ἄκρον. Δυτικῆς πλάνης τείγερφη. Αἱ δὲ ἄκρον, Καισι-
ας κόλπος, Ονιέβαλλον ἄκρον, Κερκιδίς πλέμον ἐκβολαῖ, Ρόινον ἔργον, Ρίον ἄκρον, Ούρα-
νιον πόλις, Αμμάδης αἰγαλὸς, Λίουεια πλέμον ἐκβολαῖ, Πανια πόλις, Τικασία πλέμον ἐκβο-
λαῖ, Τιτανὸς λιμενὸς, Φίσηρα πόλις, Πίτανε πλέμον ἐκβολαῖ, Μαρκανὸν ἄκρον εἰς πόλις. Μεσημ-
βερνῆς πλάνης τείγερφη. Πάλαι πόλις. Hoc est: *Ora* igitur eius maritimæ circumscri-
ptionem huiusmodi habet à medio lateris septentrionalis: Voleris amnis ostium, Cesiae litus,³⁰
Tilox promontorium. Occidentalis lateris circumscriptio: Attii promontorium, Casalus
portus, Viriballum promontorium, Circidii fluminis ostium, Rhætius mons, Rhium pro-
montorium, Vrcinum opidum, Arenosum litus, Locræ amnis ostium, Pauca opidum, Ti-
carii fluvii ostium, Titanus portus, Fisera opidum, Pitani fluvii ostium, Marianum promon-
torium & opidum. Meridionalis lateris descriptio: Palla opidum.

Ex his Οὐαλέρειον πλέμον, VOLERIVS fluvius in medio septentrionalis lateris
VOLERIVS is est, qui in medium S. Florentii sinum effunditur. Vaticanum exemplat habet
fluvius. Οὐαλέρειον, Valerii. fortè genuinum fuerit Οὐαλέρειον, Valerius.

Tiλοξ ἄκρον, TILOX promontorium, ex positione Ptolemæi nullum aliud esse po-
TILOX pro- test, quād quod, prædictum S. Florentii sinum ab occidente claudens, vulgo ⁴⁰
montorium. nunc vocatur *Capo Martello*, sive *Punta Martella*.

Τὸ Αἴθιον ἄκρον, ATTIVI promontorium, seu forte rectius Αἴθιον ἄκρον, ATTIVUM
promonto- riūm, antiqui nominis vestigia adhuc retinet, vulgo *Punta di Laccinolo* di-
ctum: in qua voce *cino* est unica syllaba. Et situs etiam, quem Ptolemæus *Attio*
promontorio tribuit, huc congruit. Est autem *Accinolo* diminutivum ab *Accio*.

Ο Καισιας αἰγαλὸς, CAESIAE litus; ex Ptolemæi mente est id, quod inter Vol-
eriæ ostium & Tilocom promontorium protenditur. At quia inter Tilocom &
Attium ad xx millia litus extenditur apertum, hoc potius Cæsiæ litus dictum fu-
isse crediderim. Opidum an eo vocabulo fuerit, quod quidam opinantur viri docti,
haud temerè dixerim.

Post Attium promontorium Καισιας κόλπος, CASALVS sinus hodièque veteris
CASALVS adpellationis memoriam servat in opido, quod, in medio eius positum, vulgo nunc
sinus. adpellatur *Piaggia di Cesari*.

Τὸ οὐιέβαλλον ἄκρον, VIRIBALLVM promontorium ex Ptolemæi positione de-
VIRIBAL- prehenditur esse id, quod, Calvensem sinum ab austro includens, vulgo vocatur
LVM promon- *Capo di Calvi*, sive, ab objectâ insulâ, *Capo di Gargano*,
tuum.

Viriballo

Viriballo promontorio protinus subjicitur à Ptolemaeo κιρνίδος πατέρος, CIR- CIRCIDIUS CIDIUS fluvius. Is nullus alias est, quām qui ad austrinum Garganenfis promontorii latus vulgò nunc dicitur *Le Ripe fiume*.

Td P̄'ov ἄκρον, RHIVM promontorium id esse deprehenditur, quod vulgò nunc RHIVM
dicitur *Capo di Feno*.

Medio situ inter Circidium amnem & Rhium promontorium Ptolemaeo ponit, ut vulgata habent exemplaria, Ρότον ὅρον, Rhaetius mons; ut verò Vaticum refert exemplar, Ρύτον, Rhytium. Ego vehementer suspicor, corruptam hanc esse vocem à genuinā Ῥευθρὸν ὅρον, id est, RUBER mons. quidpe hodièque, medio situ inter Garganenfis & Fenense promontoria, vulgò dicitur à coloris argu-
mento *Monte Rosso*; & quia geminus est vortex, *Capi Rossi*.

Post Rhium promontorium proximè Ptolemaeus subiungit θύραινον πόλιν, VR- VRCINIVM CINIVM opidum. Eo situ nunc est caput totius insulae, urbs vulgò *Adiazzo* dicta. opidum.

Adiatium ad ingentem positum est sinum; in cuius intimo recessu est Αμμάδης LITVS A- αγαλᾶς, LITVS illud arenosum. In id tres effunduntur amnes; ex quibus ultius renosum. mus versùs meridiem, apud locum, qui vulgò vocatur *Capitello*, ex situ deprehendit, LOCRA S ditur esse is, qui Ptolemaeo adpellatur ὁ λόχεγος πατέρος, LOCRA S, sive, si Latinè amnis. formes, LOCRA fluvius.

Post Locram fluvium subiungitur Ptolemaeo Παδια πόλις, PAICA opidum, sed id PAVLA vocabulum virtutum esse suspicor à genuino Παδια, PAVLA. nam omnino is locus opidum. est, qui hodiè vulgò dicitur *Porto Polo*.

Hinc reliqua loca ita consignata sunt in vulgatis Ptolemaei exemplaribus: Τια- ερίς πατέρος ἐκβολᾶ, Τιαρίς λιμνή, Φιορα πόλις, Πιτανή πατέρος ἐκβολᾶ, Μαριανὸν ἄκρον καὶ πόλις, μετριθενῆς ταλάρες τειχεοφύ. Πάλλα πόλις. Id est: Ticarii fluvii ostium, Titanus portus, Ficaria opidum, Pitani fluvii ostium, Marianum promontorium & opidum. Meridionalis lateris descriptio: Palla opidum. At in his & corrupta pleraque esse deprehendo vocabula, & ipsum locorum ordinem perturbatum. Pro Τιαρίς λιμνή, Titanus portus, Vaticanum exemplar habet Τιτανός, Titianus. & ita populi in cunctis exemplaribus leguntur Τιτανί, Titiani. Φιορά πόλις, Ficaria opidum, in eodem Vaticano est Φικαρία, Ficaria. & est hodièque locus in hoc litore vulgari vocabulo Ficari. Ad hanc igitur ego reliqua illa Τιαρίς πατέρος & Πιτανή πατέρος, corrigo in Φικαρίς & Τιτανός, Ficarii & Titiani. omnemque locorum seriem sic restituo: Τιτανός πατέρος ἐκβολᾶ, Τιτανός λιμνή, Φικαρίς πατέρος ἐκβολᾶ, Φικα- ρία πόλις. Id est: Titiani fluvii ostium, Titianus portus, Ficarii fluminis ostium, Ficaria opidum.

Ex his Τιτανός λιμνή, TITIANVS portus, is est, qui, apud Portum Paulum longius sese in terram infundens, vulgò nunc adpellatur *Golfo di Tallavo*. Τιτανός au- tem πατέρος, TITIANVS amnis is est, qui in eundem sinum, haud ita procul Portu TITIANVS Paulo, sese effundit; vulgari nunc adpellatione *Fiuminale d'Ornano* dictus.

In eundem sinum effunditur & ὁ Φικαρίς πατέρος, FICARIUS amnis; apud quem est Φικαρία πόλις, FICARIA opidum, vulgò nunc Ficari adpellatum.

Post Ficariam reliquum litus ad Marianam usque coloniam ita describit Ptolemaeus: μαριανὸν ἄκρον καὶ πόλις. Μετριθενῆς ταλάρες τειχεοφύ. Πάλλα πόλις, Συρεκουσανής λιμνή, Ρύθρος πόλις, Γρανιανὸν ἄκρον, Αλίσα πόλις, Φιλωνίς λιμνή. Αγατολικῆς πατέρος τειχεοφύ. Έρεσ πατέρος ἐκβολᾶ, Αλερία πόλις καθώνια. Ρότανή πατέρος ἐκβολᾶ, Κριπιδός λιμνή, Τεύτλα Βαρός, Τέολα πατέρος ἐκβολᾶ, Μαριανὴ πόλις. Id est: Marianum promontorium & opidum, Syracusanus portus, Rubra opidum, Granianum promontorium, Alista opidum, Philonit portus. Orientalis lateris descriptio: Sacri amnis ostium, Aleria urbs & colonia, Rhōtani fluvii ostium. Dianē stagnum, Tutila arā, Tuole fluminis ostium, Mariana urbs. In eo satis immodicè erratum, quod litus à Pallâ ad Philonii usque portum meridiei ob- jecerit: quum id re verâ ortui Solis æquinoctialis obversum sit. Antoninus unicum per Corsicam refert iter, quod huiusmodi est:

A Mariana Palmas M. p. CXXV, sic:

Aleria	XL.
Prefidio	XXX.
Portu Favoni	XXX.
Pâles	XXVI.

Vu

Loca

FAVONII
portus.

PALLA
opidum.

SACER
annis.

SYRACUSA-
NVS portus.

GRANIA-
NVM promon-
torium.

ALISTA
opidum.

PRÆSIDI-
VM Roma-
num, castel-
lum.

ALERIA
Romanorum
Colonia.

Loca ista quum omnia sint maritima, numeros intervallorum unà cum eo, qui in titulo itineris est perscriptus, corruptos esse, certum est. sunt quidpe à Marianæ ruinis ad ruinas Aleriaæ xxv circiter millia passuum. hinc ad FAVONII portum, qui vulgo nunc dicitur *Porto Favono*, xxx. inde ad opidum, cui vulgaris adpellatio S. Bonifacio, xxvii circiter. quod ex eo intervallo deprehenditur esse idem, quod Antonino dictum fuit plurali numero, ut ferè factum eo saeculo, PALLAE; Ptolemaeo verò singulari, Πάλλα, PALLA. Ac situs etiam, quem Ptolemaeus huic tribuit, probè S. Bonifacii opido convenit. Scripsisse autem Antoninum geminum LL, vel inde patet, quod in plerisque eius exemplaribus loco alterius L surreperitur: & in quibusdam est Plalas. Ceterum, quia Antoninus iter per Corsicam à Marianâ & Aleria colonis ad Pallam terminavit; in Sardinâ verò omnia itinera ad Olbiam, Caraleis, ac Sulcos, à Tibulâ incepit, adparet ex eo, usitatisimum è Corsicâ in Sardiniam, & econtra, trajectum fuisse inter duo ista opida.

Ergo inter Pallam & Aleriam loca resert Ptolemaeus hec ordine: Συρακουσαὶ λιμένες, τὸ Βέργη πόλις, Γερμανὸν ἄκρον, Α'λιτα πόλις, Φιλωνίς λιμένες, τέρπη πέλασις εἰκόσια, Αλεξανδρεία πόλις. Id est: *Syracusanus portus*, *Rubra opidum*, *Granianum promontorium*, *Aleria opidum*, *Filonii portus*, *Sacri annis ostium*, *Aleria urbs*.

Ex his oī λεπτοῖς τεχνήσεσθαι, SACER annis, tam propè ponitur Aleriam, uti dubitare non licet, quin is sit idem, qui vulgo nunc vocatur *Orbo fiume*. ad cuius etiam fontis locus etiam nunc adpellatur *Sacra*.

Oī Συρακουσαὶ λιμένες, SYRACUSANVS portus, eo ponitur situ in tabulâ Ptolemaei, ut nullus alius haberi possit, quam qui, haud longè S. Bonifacio, vulgo dicitur *Golfo & Porto di S. Amanza*. Ptolemaeus, ut innumera alia, sic hoc etiam vocabulum Συρακουσαὶ Romano formavit more. at Græco ori erat Συρακύσαις λιμένες, *Syracusius portus*. sic scilicet Diodorus, dicto lib. v: Αὐτὸν δὲ ή νῦν οἱ Οἰνοπόεις οὖσαν, κατάλιπον ἔχει λιμένα, τὸν ὀνομαζόμενον Συρακύσιον. Id est: *Insula hæc quum adpulsi sit per facilis, portum longe pulcherrimum habet nomine Syracusum*.

Hinc τὸ Γερμανὸν ἄκρον, GRANIANVM promontorium nullum aliud est, quam quod vulgo nunc vocatur *Capo Erbicara*. quidpe statim post Granianum promontorium Ptolemaeo ponitur in sinus recessu Α'λιτα πόλις, ALISTA opidum: quod jo nunc est in intimo sinus sive portus recessu vulgari adpellatione *Porto Vecchio*, id est, *Portus Vetus*. Huic Alistarum quum proxime extra sinum subjungatur apud Ptolemaeum oī φιλωνίς λιμένες, *Filonii portus*: omnino ego cum doctis viris statuo, corruptum hoc esse vocabulum à genuino Φιλωνίς, *Favonii*. & frequens est mos Ptolemaeo Romano modo u literam pro u consonâ uti.

τὸ Βέργη πόλις, RUBRA opidum, quod inter Syracuseum resert Ptolemaeus portum & Granianum promontorium, eo fortè situ fuerit, ubi nunc portus est, vulgo *Porto nuovo* dictus. Vocabulum id pluralis numeri fuisse puto; quemadmodum VIII à Româ millibus passuum in viâ Flaminia locus dicebatur *Ad Rubras saxa*, & *Ad Rubras petras*.

Iam verò PRÆSIDIVM illud *militum Romanorum*, quod in Antonini itinere inter Favonii portum & Aleriam ponitur, quo loco fuerit, dispectu perquam difficile est; quando numeri millium utrobique corrupti sunt. Medio tamen fuisse videtur itinere circa locum, qui vulgo nunc dicitur *Torre Vignale*: quia æqualis utrumque est numerus in Itinerario.

Ipsa hinc Α'λεξανδρεία, ALERIA, cuius ruinæ pusillum à mari remota conspicuntur, antiquissima fuit *Græcorum colonia*, Cyro Persas regnante huc à Phocensibus deducta. Dicebatur autem primum Α'λαλία, ALALIA; & mox Α'λεξανδρεία, ALERIA: ac tandem Α'λεξανδρεία, Aleria. quod postea in nonnullis Ptolemai exemplaribus & apud Zonaram corruptum est in Α'λεξανδρεία, Valeria. Media etiam voce quum usus esset Diodorus, imperiti cius ineptique exscriptores corruerunt eam in Καλαρία, Calarim, quod mendum etiam in Florum transit, & eius transcriptorem Jornandem, in libro de Regnorum successione, transpositis tantum liquidis: ut mox videbimus. Apud Diodorum lib. v ita legitur: τὸ πάρκυσον δὲ οὐτῆς Επόλεις αἴσιόθοροι δύο: ηγα τέτων ή μὴ Καλαρίας, η δὲ Νικαια τερασαρδετη. τέτων δὲ τῶν μὴ Καλαρίας Φικές έπιλοι, της χερόν ινα κατοικήσασες, ταῦτα Τύρρειον ἐξεβλήθησαν εἰς τῆς γῆς. Id est: Duae in eâ sunt urbes insignes, Calaris & Nicaea. Calarim Phocenses condidere. quumque ad tempus

tempus insulam inhabitassent, à Tyrrhenis fuerunt ejecti. Hinc illud in suprà scripto veri carmine:

Corsica Phocæo tellus habitata colono:

Corsica que Graio nomine Cyrus erat.

Sed apud Diodorum lege, ή μδ̄ Ἀλαζία, & τὸν μδ̄ Ἀλαζίαν. De transmigratōne Phocensium ex Ioniā in Corsicam prolixam habet historiam Herodotus lib. i: ubi narrat, qua ratione, à Cyro, Persarum rege, & clus praefecto Harpagō oppressi, patriam tertam teliquerint. εν ᾧ ὁν, inquit, δ Ἀρπαγος διότι τὸν τείχεος ἀπίστητο τὸν τράπεζον, οἱ Φωκαιεῖς ἐν τέτον κατεπέσαντες τὰς πεντηκοντίρους, ἴσθερμοις 10 τέκνα τὴν γυναικαν τὴν Πτοτιλα, ποὺς σὲ ηγή τὰ ἀλλαματὰ τὸν τῶν ιρῶν, καὶ τὰ ἄλλα αἰαθυματα, καθὼς ὅτι χαλκὸς ἡ λίθος ἡ χραφὴ λύ, τὰ σὲ ἄλλα ταῦτα ἴσθετες, καὶ αὐτὶς ἐς Σαύτες, ἐσθλοις ἔπειτα Χία. τὸν σὲ Φωκαιεῖς ἐργασθεῖσιν αὐδρῶν ἔσχον οἱ Πέρσαι· οἱ σὲ Φωκαιεῖς, ἵπει τε σφι Χίοι ταῖς νῆσοις ταῖς Οἰνόσοις καλεομένης τοῦ ἐβάλεωτο ἀνευμάρτυρος ταλέεν, θεαμάνοντες μὴ αἱ μδ̄ ἐμπόρευον γύναιαν, η σὲ αὐτεων νῆσος ἀποκληθῆ τέτον ἔνεκα, ποὺς τελεῖται οἱ Φωκαιεῖς ἐτέλλοντο ἐς Κύρου. ἐν τῷ τῇ Κύρῳ εἴκοσι ἑταῖς ποτέρον τέτων ἐν θεοποτίᾳ αἰεῖσκοντα τόλμαι τῇ οὐώμοις λύ Ἀλαζίη. * * * Εἰστε δὲ ἐς τὸν Κύρον ἀπίκεντο, οἵκους τοῦν ποτέρον ἀποκληθῶν, ἐπ' ἑπτα πόντε· καὶ ιερὴ ἐνθρύσιστο. τὴν ἄλλον τῷτον ηδη καὶ Ἐφερον τὰς πελούντας ἀπαντεῖς. ερατοῦντα ἄν οὐτὶς κοινῷ λογῳ γρηγορίῳ Τυρσινοὶ τὴν Καρχηδόναν, τηνοὶ ἱκάτεροι ἐξηγοντεῖ· οἱ σὲ Φωκαιεῖς, πληρώσαντες τὴν αὐτὴν πλεῖστα, ἐόντες δέρθιμὸν ἐξηγοντεῖ, αἰνίαντος ἐς τὸ Σαρδόνιον καλεόμενον πελαγον. Συμμετέντων σὲ τὴν ταυμαχίην, Καδμείη τὸν νικην τοῖς Φωκαιεῦσιν ἐγένετο. αἱ μδ̄ τῷτον τεοταρσικοντα σφιστῆνες σιεφθέρονται, αἱ σὲ εἴκοσι αἱ πελούσαι, ποὺς ἄχρονται. κατεπλωσαντες σὲ ἐς τὸν Αλαζίην, αἰνέλαβον τὰ τέκνα τὴν γυναικαν, τὴν τὸν ἄλλου πότην, σόλων οἰαὶ τε ἐγένενται εἰς τῆς σφι ἄγεν· καὶ ἑπτεῖς ἀφέντες τὸν Κύρον, ἐπλεον ἐς Γάγραν. * * * Οἱ δὲ αὐτῶν ἐς τὸ Πόντον κατεφυγόντες, ἐσβεντιν ὄμρεώμδροι, ἐκτίσιστο πόλις γῆς τῆς Οἰνωτῆς Ταύτην, η την νιᾶ τέλη καλέεται. Hoc est: Simul atque Harpagus exercitum abduxit, Phocænenses continuò lembois instruxerunt, quibus liberos una cum uxoribus atque supellestile universa imponerent: ad hoc statuas quoque templorum & cetera donaria; nisi, que vel ferrea vel lapidea aut denique picta essent, & reliqua omnia imposuerunt. quibus consensis, traje- 30 rent in Chima. Phocæam hominibus desertam Persæ occupaverunt. Phocænenses autem, quum ipsis Chii insulas Oenusas licitabitibus addicere nolent, quid metuerent, ne illuc emporium transferretur, atque ita eorum insula ab eo excluderetur; concesserunt in Cynnum. Heic enim jam ante xx annos urbem oraculi iussum considerant, nomine Alaliam. Et aliquanto post: In Cynnum postquam adulissent, communiter habitatunt cum prioribus colonis annos vi; tem- plaque exercent. Ceterum quum iam vicinos circumquaque hostiliter populararentur; communi decreto bellum in eos adornant Tyrreni simul & Carthaginenses; utrique lx nazibus in- structi. Phocænenses ex adverso & ipsi totoitem navei milite complent: obviamente illis proce- dunt in mari Sardonio. Commissa navali pugna, Phocænibus Cadmæa quedam contigit vi- 40 toria. nam naves illis xl perierunt: reliqua xx inutiles redditæ sunt. Regressi igitur Alaliam, adsumtis liberis & uxoribus; ceterisque facultatibus, quantas ferre naves poterant, relictâ Cyr- no, demigarunt Rheygum. Paullo post: Qui verò inde profecti Rheygum evaserant, ur- 50 bem in Oenotriâ terrâ considerunt, quæ nunc adpellatur Hyela. Romanis postmodum di- cta est Velia. Atque hæc quidem de Alaliæ conditoribus scripsit Herodotus, c an- nis eorum migratione posterior. Alii verò auctores ex Corsicâ in Galliam migrasse tradiderunt. vnde Seneca, in Consolatione ad Helviam matrem cap. viii ita tradit: Ut antiquiora, quæ vetustas obduxit, transeam; Phocide reliktâ, Graii, qui nunc Massiliam colunt, prius in hac insulâ considererunt. Ex qua quideos fugaverit, incertum est: utrum cali gravitas; an præpotentis Italia conspiciens; an natura importuosi mari. nam in causâ non suse- feritatem accolavim, eo adpareat, quid maximè tum trucibus & inconditiis Gallie populus se in- terposuerunt. Transferunt & Hispani. quod ex similitudine ritus adpareat. nec totus sermo con- versatione Græcorum Ligurumque à patro deservit. Deducitæ deinde sunt due civium Ro- MARIANA manorum colonie; altera à Mario, altera à Sylla. Hic Aleriam deduxit; Marius Ma- Romanorum rianam. Plinius, lib. iii cap. vi: Civitates habet xxxiii; & colonias, Marianam Colonia. à C. Mario deductam, Aleriam à dictatore Sylla. Mela, lib. ii cap. vii: Corsica, præter- quā ubi Aleria & Mariana colonia sunt, à Barbaris colitur. Primam in totâ insulâ occu- parunt Romani bello Punico primo Aleriam. quia de re ita scriptum est apud Zona- ram tomo ii: Λύκιος δὲ Συντιὼν ἐπὶ Σαρδῶ καὶ ἐπὶ Κύρου ἐρεύνεται· καὶ ποτέρα τῇ Κέρ-

νο τεσσαράκοντα, τῶν μὲν οὐαλεῖαν τῶν περιπέτερον αὐτῆς πόλην Σίσια εἶλεν. Id est: *L. Scipio exercitum in Sardiniam & Corsicam dicens, primò Corsicam adgressus, principem eius urbem Valeriam vi cepit.* Scribe, ut antè dixi, τῶν Αλεξανδρεῖαν, Aleriam. Eadem historia apud Florum lib. 11 cap. 1 sic recensetur: *L. Cornelio Scipione, quum jam Sicilia suburbana esset populi Romani provincia; serpente latius bello, in Sardiniam annexamque Corsicam transit.* ubi & sic Carale urbis excidio incolas terruit, adeoque omnes terrā & mari Poenos expugnavit, ut jam victoria nihil nisi Africa ipsa restaret. Eadem & apud Iornandem extant verba, in libro de Regnorum successione. utrobique scribe Alariae urbis. Ceterū Marianae quoque coloniae ruinas adhuc extant, à mari paullum recententes; xxii circiter millia ab Aleria distit. Apud Diodorum, lib. v, ut jam 10 antè citavimus, leguntur ista: τηνέχεσθαι δέ ἐν αὐτῇ πόλεις ἀξιόλογοι δύο· οὐαλεῖαν τεττάνη οὐδὲ Αλεξανδρεῖαν, ηδὲ Νίκαια τεσσαράκοντα. τεττάνη δέ τῶν οὐδὲ Αλεξανδρεῖαν, φωκαῖς ἐκτίσου, καὶ χρόνον ἵνα κατακηστώτες, ταῦτα τυρρηνῶν ἔξεβλητήσουσιν τῆς νήσου· τῶν δὲ Νίκαιαν ἐκτίσου τυρρηνοὶ θυλασσοειδεῖσιν, καὶ ταῦτα κατέτινον τηνέχεσθαι καθηρας νίσους ιδομεύματα. Hoc est: *Vrbes in eis sunt duo insignes, Alaria & Nicaea dictae. Alariam Phocenses condidere. quumque ad tempus eam inhabitassent, à Thyrenis fuerunt ejecti. Nicasiam fundarunt ipsi Tyrrheni, quum mari potirentur; & vicinas Tyrrhenie insulas sue distinctione vendicarent.* En, τηνέχεσθαι inquit, id est, exstant; scilicet suo tempore; duas urbes insignes. quenam igitur ista Νίκαια NICAEA, nec geographo nec historico alias ulli memorata? Vitiatum esse vocabulum, ne suspiceris, ut alterum illud καλάει, en Stephani epitomator, ubi plureis eo nomine per Orbem terrarum enumerat, Νίκαιη, inquit, σὺν Κύρῳ τῇ νήσῳ. id est: *Quintā in Corsicā insulā.* Hac certe nulla alia fuit, quād quā, à C. Mario deductā eō coloniā, dicta est *Mariana*.

Sed inter utramque Coloniam loca ac flumina recenset Ptolæmeus ista: Αλεξανδρεῖα, Ρότανος ποταμὸς ἐν Βολαῖς, Αρτιμίδης λιμνὸς, Τεττίλα βαθὺς, τεττίλα ποταμὸς ἐν Βολαῖς, Μαρελανὴ πόλις. Hoc est: *Aleria colonia, Rhotani amnis ostium, Diana portus, Tutila ars, Thola fluminis ostium, Marianā urbs.*

Eis his Ρότανος ποταμὸς, Rhotanus fluvius ponitur à Ptolemaeo prope ipsam Aleriam. quo situ hodiè amnis est vulgo *Tavignano* fiume dictus.

Huic vicinum est stagnum marinum angulis fauibus, sed intus latè diffusum; pni hodièque vulgaris adpellatio est *Stagno di Diana*, unde ego suspicor, incuriosos exscriptores in Ptolemaeo literas transpoluisse; quum ab ipso scriptum foret Αρτιμίδης λιμνη, id est, Diana stagnum.

Τενόλας ποταμὸς in Vaticano exemplari est *Tavolaz*, TAVOLA fluvius, probabile vocabulo. Ponitur is à Ptolemaeo prope Marianam. quo situ hodiè maximus totius iusulæ conspicitur amnis, vulgo *Golo* fiume vocatus.

Inter hoc flumen & Diana stagnum, prope tamen flumen, circa eum situm, ubi nunc in litora exstat specula, vulgo *Torre Pellerina* dicta, ad ostium amniculi, cui vulgare nomen *Alto*, ponitur Ptolemaeo ille. Τεττίλα βαθὺς, id est, *Tutile ars*. sed id vocabulum in Vaticano exemplari legitur secundà syllabā per η. unde ego conjicio genuinum nomen fuisse της Τεττίλας βαθὺς, id est, TUTELAE ars, nam provinciarum *Tutela* sive *Tutelari Deo* positas fuisse aras, vel unius Hispaniæ antiqui lapides satis testentur.

Ulra Marianam coloniam loca circa extremum insulæ excursionem refert Ptolemaeus ista: Μαρελανὴ πόλις, Οὐάζων ἄκρον, Μαλίνων πόλις, Κλυώνιον πόλις. Βορείας τελεῖς τελείγαφή. Γερὸν ἄκρον, Κεντυριῶν πόλις, Κανελάτη πόλις. Hoc est: *Mariana urbs, Tagum promontorium, Mantinorum opidum, Clunium opidum. Septentrionalis lateris descriptio: Sacrum promontorium, Centrinum opidum, Canelata opidum.*

Ex his τῷ Γερὸν ἄκρον, SACRVM promontorium Ptolemaeus facit omnium versùs septentriones extimum. Id hodiè vulgo vocatur *Capo Corso*. Locus in eo vulgo 50 adpellatur *Centuri*: quod CENTVRINVM illud est opidum Ptolemai. Huic ab occasu objacet parva insula, *Centuria* vulgo dicta, à qua forte jam olim derivativum vocabulum opido. Sed ab ipso Ptolemaeo scriptum fuisse puto *Centurivum* πόλις CENTVRINORVM opidum. quod mox infra clarius reddam.

Οὐάζων ἄκρον, VAGVM promontorium ex Ptolemai positione id est, quod fauaces à septentrionibus claudit Brigallini stagni.

Hinc *Malīnōn* πόλις, MANTINORVM opidum, nunc est *Bastia*. Ex hac igitur opidi

RHOTANVS
amnis.

DIANA
stagnum.

TAVOLA
fluvius.

TUTELAE
ars.

SACRVM
promonto-
rium.

CENTVRI-
NORVM opi-
dum.

VAGVM
promonto-
rium.

MANTINO-

opidi adpellatione pater, illud etiam vocabulum Κενταρίων ab ipso Ptolemæo scri- cūm opidūm
ptum fuisse plurali numero Κενταρίων πόλις, Centurinorum opidum.

Medio situ inter Bastiam & Sacrum promontorium fuit κλωσίον πόλις, CLV - CLVNIVM
ΝΙΥΜ opidum, cuius locum nunc vulgo dici censeo S. Caterina. opidum.

Inter Centurinum & Vollerii amnis ostium κανέλαη πόλις, CANELATA opi- CANELATA
dum, id esse deprehenditur, quod vulgo nunc dicitur S. Fiorenzo. opidum.

Atque hæc totius insulae est πελγεχφή. In mediterraneis pauca quædam idem
retulit Ptolemæus. Sunt autem ista: Πόλις δὲ εἰσι μεσογειοι. Φωτιά, Κέρσων, Πά-
λαι, Διεζόν, Αλέκα, Οσυκν, Σερμίλιον, Ταλκίν, Ούνικον, Κέρενον, Μόρε, Μάπισα,
10 Αλβιάνα. Id est: Rhopicum, Cervinum, Palanta, Lurinum, Aluca, Osincum, Sermitium,
Talcinum, Venicum, Cenebum, Mora, Matissa, Albiana. Populi autem per uniuersam
insulam recensentur ei isti: Καπίχα δὲ τῶν ἡνῶν καμηδὸν εἰκονεῖ πᾶς. Κερ-
οῦνοι μὴ τῶν δυσμικῶν ταλάνειν τὰ Χερούνιν ὄρθοι. οὐφ' εἰς Ταρραβῖνοι. εἴτε Τιτανοί.
εἴτε Βλατανοί. ὃ δὲ δεκάκατα τῶν αἰγαίων, Ουανακῖνοι. οὐφ' εἰς Κιλιμελεστοί. εἴτε Δικῆνοι, Μα-
κρῖνοι. οὐφ' εἰς Οπῖνοι. εἴτε Σύμβοι, καὶ Κουμασῖνοι. οὐφ' εἰς μεσομεσογεῖον Σεβασῖνοι.
Id est: Tenent autem insulam gentes vicatim incolentes istae: Cervini occidentale latius, sub
Aureo monte. sub quibus Tarrabini. dein Titani. dein Blatoni. Oram verò maximè septem-
trionalem Vanacini. sub quibus Cilimbenes. dein Lienini. Macrini. sub quibus Opini. post
hos Symbri & Cumafini. sub quibus maximè meridionales Subafani. Sed horum vocabula
20 variè in variis exemplaribus scripta sunt: ita, uti, quæ eorum sint genuina ac vera,
dispectu haud facile sit.

Primum τὸ Χρυσὸν ὄρθον, AVREVS mons est, qui à septemtrionibus in me-
ridiem juxta lœvam Goli amnis ripam protenditur, à sinu divi Florentii ad fon-
tem usque amnis. Sub hoc iugo Ptolemæo ponitur ταλκίνον πόλις Talcinum opi-
dum; ut vulgata habent exemplaria. qui locus hodieque vocatur Talcini, inter
duo opida Aleriam & Cortem. At ego puto scripsisse Ptolemæum ταλκίνον πόλις
λα, id est, TALCINORVM opidum. Sic illi populi Οπῖνοι OPINI, hodié-
que nominis memoriam habent in loco, qui prope Aleriam dicitur Opini. quod
& ipsum haud dubiè OPINORVM fuit opidum. Illi verò ταρραβῖνοι in Vatica-
no exemplari leguntur Tarrabini, TARRACINI. vnde facilis suspicio, esse
idem nomen, quod in opido scripsit ταλκίνον Talcini. Et illud etiam Κέρσων πόλις
videtur fuisse CERVINORVM opidum. Φωτιά, Rhopicum,
nescio an non corruptum sit ab οσυκν, OSTRICO. est quidpe hodiè eodem
situ flumen & opidum vulgo Ostricone dictum. Δικῆνοι item nescio quid similitu-
dinis habeant cum illo opido Διεζόν. Ac fortè fuere ab Locrā amne dicti λο-
χῖον LOCRINI.

Πάλαι πόλις, Palanta opidum in Vaticano exemplari rectius est παλανία, PA- PALENTA
ΛΑΝΙΑ. quidpe hodiéque regio eodem tractu dicitur Balagna. in qua voce epidum,
literæ gna ferè idem sonant quod nia, vnâ syllabâ.

40 Αλέκα πόλις, ALYCA opidum, hodiè dicitur Alota, prope Adiacensem si- ALYCA
num. epidum.

In quibusdam Latinis versionibus est TARRABINORVM vicus. Hunc
nescio vnde interpretes habuerint. est autem hodiéque opidum in occidentali
insula latere vulgo Vico dictum.

Reliqua quum sint planè incerta, anxiè ea conjectari nihil attinet. Ceterū
apud Plinium, dicto lib. IIII. cap. V I, de numero universorum opidorum ita
scriptum est: Civitates habet XXXIIII; & colonias Marianam, à C. Mario dedu-
ctam, Aleriam à dictatore Sylla. Et ita epitomator eius Martianus Capella,
lib. V I: Habet civitates triginta tres. At hoc minus credibile: vtique quum in
50 Sardinia, insulâ longè maiore, longè omnibus rebus præstantiore, X I I I I tan-
tum esse testetur Plinius. Non civitates fuisse omnes; sed loca levi quodam ope-
re communita, patet ex Strabone. apud quem dicto lib. V ita scriptum est de uni-
versâ insula: Οικεῖται δὲ Φανλᾶς, τετρακινα τε ἔπει τῷ τοῖς πλείστης μέρεσι δύσεις θεῖας,
ἄς τε τὸς καπίχοις τὰ ὄρη, καὶ διπλοὶ λυγεροὶ ζόντες, ἀρχαπέρους ειναι θυρεοί. ὅπται γειτ-
όμησαν εἰ τῶν Φωτιάνων στρατηγοί, καὶ τασσοπούτες τοῖς ἐρίμασι, τῷ δὲ πλῆθος ἐλαστάν-
αι δροπίδων, ὄραν ἐστὶ τῇ Φωτιᾷ καὶ Ιαναίσιν, ἵνα εἰ μαίνεται τὸ θυρεόδες καὶ τὸ Εσοκματά-
δες ἐν αὐτοῖς. ή γαρ εὖ ξενισθρός τις ζῶντες, ή ζῶντες, ἀποθεία καὶ αἰνιδησία τὸς αἰηταρίδης θητεί-
βασιν.

Εγον· ὥστε οὐέπερ τὸ τοχὸν καθεύδεσσιν πάστερ εἰπεῖ, ὅμως μεταμέλει. Εἴ τοι δὲ ὅμως εἰκῆσμα θνητοῦ, τοὺς πολίσματά τις Βλησίων τε καὶ Χαραξ τοῦ Εὔηνεια, τοὺς οὐάπαντες. Ήος εἰπεῖ: *Male incolitur; aspera quum sit ac plerisq; in locis planè invia. quo sit, ut montana colentes, latrociniiisque vitam suffidentes, ipsis sint immansuetiores bestiis. Itaque quum Romani duces in insulam incursiones faciunt, ac, munitiones eorum adorti, magnum mancipiorum numerum adducunt; videre Romæ cum admiratione licet, quantum in eis feritatis atque indolis planè sit belluine. nam aut vitam fugiunt, aut impatientia ac stupiditate suā dominos obtundunt: ita, ut impensa paniteat, etiam si quis minimo emerit. Sunt tamen quædam partes habitabiles: habentque nonnulla opidula: ut sunt, Blesino, Charax, Eniconia, & Vapanes. Hæc vocabula ut satis sint sana, vechementer ego vereor. Id mirari liceat, nullum eorum Ptolemæo 10 esse memoratum. Cæterū pater ex ipsis Strabonis verbis, urbeis sive opida tot in Corsicā non fuisse, quot tradit Plinius. Ptolemæus sanè, qui accuratissimè omnem oram maritimam descripsit, paucissima eorum in mediterraneis retulit, quæ tamen & ipsa castella haud dubiè tantum fuere, ac leviora ἐγύματα. Atque hæc ferè sunt, quæ de antiquitatibus Corsicæ insulæ ex idoneorum auctorum monumentis crui potuerunt.*

20

FINIS CORSIGAE ANTIQVÆ.